DISSERTATIO
DE PÆDOPNEUMOTETANO

QUAM

CONSENSU ET AUCTORITATE

ILLUSTRISSIMI AC MAGNIFICI DOMINI

PRAESIDIS, ET DIRECTORIS,

PERILLUSTRIS AC SPECTABILIS

DOMINI DECANI,

NEC NON

CLARISSIMORUM D. D. PROFESSORUM,

IN ANTIQUISSIMA AC CELEBERRIMA

UNIVERSITATE VINDOBONENSI

PRO RITE CONSEQUENDA

DOCTORIS MEDICINAE LAUREA

PUBLICAE DISQUISITIONI SUBMITTIT

C. L. A. KNOTH,

HUNGARUS LEUTSCHOVIENSIS.

Disputatio publica in Universitatis sala majori die Junii hora praefixa.

VIENNAE 1838.

TYPIS ANTONII BENKO.

Ferme semper ad duos fines militamus, alterum hominis, alterum artis; quorum alter obscurus est, alter scientiae determinatus. Opus est autem in utrisque his etiam fortuna.

Hippocrates.

Subiectum morbi proles est, annum aetatis secundum inter et octavum, etiam iuniores, raro tamen seniores eidem succumbunt, et anno decimotertio superviventes rarissime; frequentius in genere feminino malum exoriri, saepius in prolibus ad apparentiam sanissimis vegetis ac succi plenis, schesin autem adaugeri innotuit per texturam organorum teneram et stimulorum impatientem, expressam in spasmos proclivitatem, debilem et abnormem pectoris constructionem, reconvalescentiam e morbillis et angina membranacea. — Plecti plures domesticarum pauperes (W. F. Dreyssig. Handb. d. Pathol. d. chron. Krankh. 2. Thl. — Dessen Handwörterb. d. med. Klinik. B. 1. S. 499. — Wendt. Kinderkrankh. S. 444.) saepius terrorem (Capuron. Krankh. d. Kinder. deut. Uibers. S. 336.), eminenter autem refrigerium conferre detectum est, aestuante praeprimis corpore

exceptum, nonnunquam tamen et omnibus coniecturis ab extus absentibus evolvitur morbus. — Qui ceterum neque contagiosus apparet, nec endemicus reperitur, nec — etiamsi consentiant observatores, quod ille post repentinas temperaturae mutationes gelidis sidus ardens excipientibus noctibus, regnante constitutione catarrhali, nivibus liquescentibus, aëre frigido et humido per ver et autumnum (Millar. On the Asthma and hooping Cough. Lond. 1769. — Millar's Bemerkung. üb. d. Engbr. u. d. Hühnerw. m. einem Anhang üb. d. stink. Asant. a. d. Engl. v. Krause. Lpz. 1769.) praecipue si algidus subito siccusque subintret Eurus aut Aquilo, et strenno hyemis tempore (Wichmann. Ideen z. Diagnostik) caput extollere soleat magis, unquam adeo multiplicatus est ut epidemiae nomen promeritus fuisset.

Opportunitas conspicua non est, nec vomitus, nec horripilationes nec febris. Ad summum tempore iam breviori iam longiori prorsus nil singularis offerentes affectiones catarrhales, et quae levidensem febriculam comitari solent phaenomena, uti horripilationes vagae in calorem transeuntes, lassitudo, somnus inquietus, panophobia, faciei

rubor et turgor, levis status peripneumonicus; quibus tamen non obstantibus infans extra lectum versatur, vel plane futuri periculi inscius suis adhuc delectatur ludis. — Altera vero tertiave die a consueto catarrhi tramite iam deviat malum. Tum autem;

Accidit nonnunquam ut paulo ante paroxysmum, tamquam anabaseos symptomata observentur: disphoria et inquietudo universalis, vel hebetudo moeror et animi deiectio, dolores tensivi in capite nucha praecordiis, insolita pavitatio, palpebrae superiores ebrietatis ad instar pendulae vel somnolente conniventes, vox rauca et debilis, crebrior oscitatio et pandiculatio, contremiscentia sub somno absque data occasionali caussa, respiratio quidquam anxia brevis et interrupta, denique specifica ut fere tenesmum comitari solet, anhelitus urgens adactio, ac si quidpiam in viis aëreis esset propellendum eliminandum, initio lenis, cum frequentia decrescente, vi pedetentim increscens ad Acmen. (Schmalz. Diagnostik. S. 91.).

Saepe tamen et insultus est inopinato, rarius de die, et fere semper noctu. Posteaquam proles ceu sana decubuerit et obdormiverit, excitatur repente cum clamore formi-

doloso, vel exilit celerrime praeseferens faciem terrore confusam, aëris liberi frigidique desiderio impulsa quaerit anxia fugam. Vox immutata est turpis pathognomonica profunda (Bassstimme) fortis, aspera, crassa, rauca, obtusa, clangosa, qualem fere offert latrans magnus canis molossus, vel ac si vacuum resonaret dolium, vel crociret corvus (Sprengel. Pathol. 3. B. p. 306.), raro sibilans vel acuta. Crescente suffocationis periculo magis magisque per correpta vocis organa inspiratio difficilis et imperfecta, viceque subita aëris inspirati protrusio, respirationem efficiunt laboriosam, non reficientem, anxiam, anhelantem, parvam, celerem, avide fervide pulsimque (stossweise) citatam, superficialem, et sine rhoncho stertore strepituque muci, vel hoc ultimo saltem in morbi gradibus evectis aegrisque tenerioribus seorsus obtingente, sonoram; sono voci adaequato characteristico, in distantiis etiam maioribus excipiendo. Stethoscopium etiam in larynge sonum eundem, in pectore vero consuetim plenariam respiratorii susurrus absentiam demonstrat. Nec bexis adest, vel levis tantum et interrupta tussiculatio, nec vomituritio, nec anacatharsis. Externe in

collo nullus detegitur tumor, et digitus asperam arteriam explorans dolorem non excitat, neque dolet epigastrium sub pressione sursum directa. Infans sin minus fando suam exprimere passionem idonea, angustationem et coarctationem pectoris ,stringentem, qualis a vagoribus suffocantibus (Wichmann. l. c.) sensationem, dolorem obtusum tensivum ibidem non autem vagum pungentem accusat, nec topicum in trachea et licet respirationis acceleratione ac suffocationis periculo suctio deglutitio et loquela multum impedita sint, nec horum nec spiritus impedimentum corporeum. Vasa sanguifera turgent praeprimis circa collum et crotaphytas, insinuat se acris cephalea, fortiter inter dum pulsant carotides, in facie iam praerubra iam pallida et livescente alternans orgasmus, protuberant oculi sanguine iniecti, coerulescunt labia et apices organismi maxime sub unguibus digitorum, cutis integra frigida est et spastica. In omnibus faciei lineamentis in integro gestu et omnibus corporis motibus alysmus extremus, quaerendo levamen aeger omnem anxie tentat corporis situm, discerpit vestes, firmatis feminibus erectus arripit res circumstantes fixas ut musculis intense agentibus fi-

gere possit artus, donec vel et brachia motibus corripiantur convulsivis (Capuron. Abhandl. üb. d. Krankh. d. Kind. a. d. Franz. 1821. S. 334.), vel donec in provectu sub singultu, lingua tremula, thorace praeprimis et larynge cum crepitu protrusione sonorum ingratorum, vel et aphonia perfecta violenter convulsis eclampsiae universali vel et obvenienti leipothymiae nonnunquam succumbat. Sphygmus arteriae sub insultus initio parum mutatus, communiter serius dumtaxat acceleratur, parvus contractus mutabilis arythmicus fit, intermittit, vel plane supprimitur, perstante magno saepe simul cardiopalmo. Evaporatio cutanea vel imminuta vel penitus sufflaminata; urinae frequenter cum molesta dysuria missae sunt parcae, pallidae, aquosae, non tingentes, nauseosi subdulcis odoris; alvus adstricta. — Evenit interdum ubi insultus primus adeo mitis est ut ille praeprimis si noctu contingat vel parum consideretur. Verum et e contra ubi iam nunc in apopnixeos discrimine lethalem adipiscitur gradum; quod quidem rarius.

Communiter ergo postquam eventus talis scripulis quin horis aliquot perdurasset, sub sternutatione, ructu, vomitu, tussique for-

tiori quae rara quidem et inanis, ast insolito profunda, ruptae secundum longitudinem ollae, vel ferreis obtextae filis dum percrepat sub incurvi digiti pulsu forte correspondens est (Gölis. Vorschl. z. Verbess. d. körperl. Kindererz. 1823. 2. Aufl. S. 166.) notabilis insequitur remissio, deturgescit facies, sonus characteristicus disparet, vel etiam si remaneat vox crassa profunda (Engelhard. D. Cronp in dreifacher Form. 1828. S. 39.) respiratio saltem accedit normae, pulsus aequabilior mollior tangitur elevatur diaphoresis cutem irrorare inchoat, eandem utplurimum mox largis inundans sudoribus, demum et lotium quod restans nubecula parva hypostasi farinosa vel et cremore albido pingui insignitur, fluit minus impeditum, itaque turbae si non omnes pro maxima saltem parte componuntur, vel in tranquilliorem commutantur passionem, et pacata tali ratione proles consuctim fessa membra laxat placido somno.

Languens adhuc et moerens expergiscitur. Interim secundum atrociam praecedentis paroxysmi vel exceptis fors lenibus tussiculationibus plenaria revertitur sanitatis imago, vel perstat quidquam brevis et incitata respiratio, pulsus parvus contractus duriuscu-

lus, leves motus febriles, appetentiarum deficientia, vel saltem evitatio potus, cubitura recusata, cum praerogativa situs erecti, angor et inquietudo universalis, noctes insomnes a iunioribus vagiendo transactae, psyche mocsta, somnus insomniis terreficis turbatus, levia vaniloquia nocturna, morositas et timiditas peculiaris, quae praecipue ante insultus comparet et hos secundum Millarium certo praenunciat; nonnunquam autem etiam alacritas exaltata, risus involuntarius, saepe cum minoribus musculorum convulsionibus singultu, tendinumque subsultu; alias dysphagia anorexia vomituritio vomitus. Cutis quae transspiravit in paracme paroxysmi nunc iterum frigidiuscula sicca, urina tenuis pallida, frequentius quidem, verum fere semper in parvis tantum quantitatibus secedens, flatulentia notabilis, alvus retenta.

Proximus peraeque iuxta vehementiam praeeuntis insultus iam secundo, imo tertio nychthemero iam spatio duodecim, imo sex horarum elapso, in regula tamen subsequente nocte cum febris augmento comparet, praecursorem aemulatur in omnibus, et in omnibus, eoque magis solito superat, quo magis prior pepercit.

Et sic continuo, cum desiderentur hic solemnia illa quae in febribus observari solent naturae medicatricis molimina, quoniam idcirco suis adminiculis ars maximam sanationis paginam absolvere debet, si morbus vel proprio valore vel e constitutione subiecti acquisito superior evadat, vel ob dolosam levitatem ab initio vilipendatur adeo ut nimis sero medicina paretur, aut ob luculentas remissiones et intermissiones iam iam credatur solutus, ubi tamen serius eo maiori cum periculo evigilat, vel si non bene perspectus plane therapiam experiatur incongruam, paroxysmorum semper adhuc noctu lubentius recurrentium intensitate extensione et frequentia inolescit vis perniciosa, viribusque corporis infractis intergerivae se magis magisque substrahunt pauses. Constrictio organorum animam ducentium fit pertinacior validior, respirium crocitans, adsociantur huc contribuentium musculorum vehementissimae contentiones, capite cervice dorsoque quidquam obstipis thoracis sublevandi caussa valide elevantur humeri, figurataque taliter orthopnoea pectus in maxima expansione sua continuo sustentatum nec amplius movetur, omnisque respiratio perficitur musculis abdominalibus.

et diaphragmate, quod nonnunquam adeo violenter se contrahit ut cartilago xyphoidea costaeque inferiores adproximare se columnae vertebrali cogantur. Inspiratione exspirationem jam fere penitus summovente, miserabili labore captatur extensis faucibus incessabiliter aura, alae narium forte plus quam in quocunque alio pectoris morbo dilatatae agitantur absque requie, et facies prae cetera corporis superficie colorem maculis marmori simulans in labiis praeprimis livescit.

Nunc si vel optata remissio, vel accedente singultu praesertim et vomitu suffocatio pernix dirae calamitati non succurrat, porro vultus et thoracem obducens sudor largus exprimitur, enascuntur et sugillationes in dermate, exsiccantur meatus oris, loco soni stertor est et rhonchus, stat minanti pnixi nec amplius loquendi nec bibendi quamquam sitis ardeat licentia; horrida conturbatio in saevam conducit desperationem qua crudelis aeger in semet ipsum furit, lacerat capillos, distorquetur convulsionibus facies, iam livet iam palet deformis, incidunt obnubilantur oculi, iam intercurrit sopor, iam virium exhaustio, clanculum secedunt excrementa, subsiliunt tendines, pervadit frigus marmoreum

ab extimis artus, jam et citatissimus minimusque pulsus evanescit, demum et ultimo imbecilli residuo iactatae tantis procellis vitae per epilepsiam, aut quod frequentius per tetanum holotonicum inclementer subacto, corpus immaturum occupat lugubris mors. — Appropinquans secundis sibi vel adversis avibus Atropos nonnunquam et inexspectata post intervalla parum molesta deceptiva victimam consuetim inter morbi diem tertium et septimum anticipando interdum interdum posticipando prehendit.

Cadaver fors impedimentum insolitum in pleumon sufflandi tentamine, pulmones turgore vasorum notabili, sanguine nigro refertos, integro volumine tamen potius imminutos quam adauctos, contractos, nonnunquam et pituitae quamdam in viis aëreis accumulationem (Rush) praeterea si forte sinus et vasa encephali sanguine multo atroque distenta, notabilem intestinorum a gaze quodam expansionem, si semel fors inventas maculas in superficie pulmonum gangraenosas (C. Sprengel. Pathol. B. 3. p. 306.) etc. excipias, communiter nil offert pro morbo notabilis amplius.

Alias Parca severa claudicans si decima die necdum attigerit aegrotum, pro hac saltem vice communiter elusa est. — Tunc ergo vel et ocius sub adaequato tractamine faventeque natura morbus in meliorem vertitur exitum. Scilicet post paroxysmos etiamsi fortiores, cuncta hucusque magis refrenata reserantur colatoria, provenit sudor moderatus calidus per universum corpus, per tussim et sternutationem insignis soluti muci cocti (Haase) quantitas educitur, sponte se nonnunquam expedit ructus et vomitus nonnunquam etiam alvus diarrhoica, et absque difficultate fluit urina larga turbida. Quibus omnibus ita constitutis in hostibus insilientibus quoque dilabitur crebritas, attenuatur fortitudo, deteritur perseverantia, atque ex induciis invalente pace tandem quieta vernat anima. — Hac ratione terminus morbi vitalis in secundam tertiamve septimanam usque non raro differtur.

Nihilominus post exantlatos vehementiores paroxysmos atrocia persaepe remanent et evolvuntur posthuma mala, uti sensibilitas modum excedens, cardiogmus, singultus, gelasmus, epilepsia, minor aut maior in organicis organorum respirationis defectibus tam-

quam effectibus morbi praecedentis radicata dyspnoea, morbus scrofulosus, phthisis, etc. — Nonnisi raro tam in interna quam in externa correpti subiecti natura a regente recta ratione medica requisitae praesto fuerint conditiones, pristina, fors adhuc et melior recuperatur sanitas.

Quidquam discrepantem offert imaginem idem morbus in infantibus quatuor usque sex septimanas natis (Gumprecht u. Wigand. Hamburg. Magaz. f. d. Geburtsh. B. 1. H. 1.), vel et ab uberibus amotis, (Schnuhr in Rust's Magaz. B. 25. H. 1.) infirmis praeprimis et pleumonodibus observatus.

Huic praegrediuntur per dies plures animus meticulosus, languide dependentes palpebrae, somnolentia cum inquietudine, contremiscentia. Tum vox apparet multo debilior et rauca, respiratio minor et anxia, quandoque tussis sicca brevis cum solito catarrhali in gutture magis residente sono (Schmalz); demum specifica tenesmum simulans ex imis sursum adlatae, et hic iterum retentae animae pressio, initio lenis et frequentior, serius rarior et fortior donecusque transeat in Asthma.

Ast et breviori via si fuerit vehementior interdum ingruit insultus, primus ut pluri-

mum media nocte, quo nonnunquam et subdole si nec ingemiscere queat correptus necatur, custodibus interea incurie dormientibus. Nam per morbi validiorem eventum (Schnuhr) toto veluti jam corpore paralyticus infans immobilis incubat tergo, anxia facies initio tumida rubro - coerulea cum oculis valde protuberantibus, non multo post, quemadmodum etiam extremitates, pallore frigore viscidisque sudoribus obducitur collabitur; oris nariumque phlegmymen muco tegitur tenaci nigrescente, et impossibilis est deglutitio et desideratus summe potus (Gölis). Sic capite reflexo scrobiculo cordis et hypochondriis fere usque ad vertebras retractis respiratio uno duobusve minutis intermittit plenarie; tum ac si per tractum animae lenem tremulum et brevem ad momenta reverti vellet videtur, ast actutum evanescit iterum, viceque hac nonnisi quater aut quinquies repetita, quin imo postquam quatuor quin et octo perdurasset horis — si vita manserit superstes — integer horribilis remittit paroxysmus. Reliquis tamen exinde consuetim pulsu accelerato contracto, respiratione inaequali anxia et insecura, sudore multo in partibus corpo-

ris superioribus et fere semper statu soporoso.

Primum tale intervallum minus in casu magis acuto circiter unam detinet horam (Schmalz), interventus subsequi minnuuntur eousque per paroxysmos semper frequentiores validiores et pertinaciores, donecusque horum plures confluant in unum. Continuo diutius intermittit respiratio, tandem in culmine pnigmi omni tertio solum imo quinto horae scripulo unicum impulsim interruptum longe extensum vehemens perficitur respirium, demum id cessat ex integro, thorax concidit, facies expallescit maxilla delabitur. — Sic itaque in tenerioribus infantibus jam ad primum vel secundum, alias ad quartum quintumve dumtaxat insultum, vel saltem intra unum aut sesqui alterum nychthemerum pergit acerbus morbus sub foeda faciei convulsione vitaeque sibique consciscere lethum. — Quae reperiuntur in cadaverum rimatione detectis in superiore forma necroscopicis ad amussim per omnia consentiunt.

Quod autem adhuc praeterea a dispositione subiecti, a caussis morbi excitantibus, a complicationibus diversis, a genio epidemico dominante morbisque corregnantibus,

a tractamine medico etc. magnae huius morbi multaeque deriventur modificationes, sua sponte iam subintelligitur. Diagnosis tunc omnino iam eatenus evadere potest difficilior.

Ast et corpora peregrina arteriae asperae illapsa — nisi noscatur eventus — fallax iam morbi praecedentis jam et anginae producunt simulacrum. Testantur id nominatim aliquot a Reichio (Rust's Mag. B. 27. S. 143.) prolati casus, et praeprimis unus a Stibelio (Rust's Mag. B. 20. S. 112.) ubi postquam in infante rimam glottidis subintrasset faba, symptomatibus in lucem prodeuntibus propositi morbi diagnosis erronee superstructa fuit et indicata tracheotomia neglecta. Ad talem autem eventum, etiamsi rarissime tantum accideret, utcunque cognoscendum praeprimis contribuere possent: res quibus recte proles occupabatur, praegressa sanitas indubia, tempus diurnum, invasio prima nimia et repentina absque omni symptomatum praecursorum incremento, et spastici habitus universalis absentia.

Naumann (Handb. d. med. Klinik. B. 1. S. 614.) periculosam formam in medium profert, quatenus revera cum morbo proposito congruens in genere difficulter ab illo digno-

scitur — excrescentias nimirum polyposas in laterali ventriculo laryngis. — Nam ita morbus unus sicut et alter ex angina membranacea praegressa nonnunquam evolvitur, atque simulac polypus sub rimam glottidis promovetur, vel in eandem penetrat, vel e contra subducitur in cavitatem et libere dependet, gravissimum suffocationis experimentum cum intervallis plane liberis variat. — Momenta diagnostica sunt: Phlogosis talibus productionibus constanter antecedens; impetus inopinati magis et repentini; altius in primo iam insultu suffocationis periculum, et quidem cum turgore magno ruboreve livescente vultus, atque cum spasticis minoribus et paucioribus phaenomenis; subitanea peraeque, saepe sub permutatione situs violenta, sub exclamandi tentamine vel sternutatione discriminis evanescentia; in intermissionibus accusatus a prolibus adultioribus molestus intra laryngem, non tamen semper ad tussim irritans sensus; tum autem omnium invasionum absque ullo ordine decursus, ita quidem ut iam diu durent jam velociter se subtrahant, iam et frequentiores sint, iam et interstitia relinquant longa. — Ceterum casus tales saltem erunt magis singulares, et quae describi-

tur ab Otto (Selt. Beobacht. z. Anat. u. Phys. gehörig. Berl. 1824.) memorabilis in larynge polypipoësis continua quidem increscentia respirii gravamina et apopnixin induxit finalem.

Asthma thymicum secundum Hirsch (Kleinert's Repert. X. Jahrg. 9. Heft. Sept. Leipz. 1836. — Hufeland u. Osann: Journ. St. 7. Jul. 1835. (Des 81. Bds. 1. St.) 8. Bog. Ueb. d. Asth. thym. v. Dr. G. Hirsch zu Königsberg. S. 3—43) non adeo rarum infantibus proprium ab aetatis hebdomada tertia annum usque sesqui alterum, utplurimum attamen mensem quartum inter et decimum. Inclinant in id infantes habitus scrofulosi, praeprimis pueri, nec dispositio haereditaria rara, pessimum influxum exerunt periodi difficilis dentitionis et praesertim morbi systematis bronchialis, uti bronchitis angina pertusis morbilli. — Sic post incitatam occasionaliter aliquomodo pulmonum functionem, fors etiam e periodica glandulae thymus turgescentia, derepente deficit respirium, tenuissima parva sibilans imperfecta tantummodo observatur inspiratio, aërisque per angustatam summe glottidis rimam penetratio laboriosa, sono multo magis acuto quam ad inspirationem cucurrientem tussis convulsivae. Raro quidem in casibus singu-

laribus sibilantes quinque vel sex, tum autem vehementes profundiores cum vix percipiendis exspirationibus alternantes obveniunt inspirationes, tono suo ad exquisitissimam animadvertentes anginam. In validioribus adhuc insultibus respirium haeret plenarie, tenuis inspiratorius clamor signum huius morbi pathognomonicum se tunc offert vel in exordio paroxysmi, mox postea per emansionem respirii totalem suppressus, vel in remissione tamquam primus vitae redeuntis actus. Cetera insultus symptomata, uti violenta recurvatio vel etiam collapsus infantis, anxie distracta coeruleo-rubra vel ex integro pallida facies, hiantes nares, oculi fixi, pollices in pugnum retracti, excretiones involuntariae, nil nisi naturales sequelae respirandi miseriae sunt. — Interim dimidio uno tribusve minutis elapsis desinit iam Paroxysmus, et intercalari tempore pristinam infans recuperat hilaritatem. — Exoriuntur autem insultus praesertim sub evigilatione, praeterea clamandum inter et irascendum, post deglutitionem erroneam, et alioquin ad occasionales caussas. Initio forte solum post longas octo pluriumve dierum pauses recurrunt, sensim autem fiunt frequentiores, tandem et decies,

quin imo vigesies de die minutiisque semper exilioribus provocati repetunt. — Non raro iam in hacce periodo accidit sub insultu apopnixis, saepius attamen aliud adhuc stadium insistit, convulsionibus universalibus epilepticis insignitum. Hae quidem invasiones epilepticae non semper cum asthmaticis congruunt, quin imo saepius alternant. — Duratio morbi varia est. Secundum nonnullos plus quam duobus protendebatur annis antequam spasmi ad ultimum usque evanuere vestigium. Quo frequentiores autem et vehementiores revertuntur insultus, eo citius ingruit mors. Apud Rallmann infans unus post viginti mensium passionem obivit. — Mors communiter suffocatorio-apoplectica est, vel vero subitanea absque asthmate vel agonia, veluti per apoplexiam nervosam. — In cadavere rimato praeter generalia plus minus expressa mortis suffocativae signa (colorem cutis coeruleum sanguinis in cerebro et pulmonibus accumulationem, dextri subinde cordis flacciditatem, nonnunquam et foraminis ovalis aperturam) continuo deprehenditur glandula thymus notabiliter adaucta *), magnaque diversitas den-

*) Juxta Meckel et Haugdsted glandula haec annum usque secundum increscit, octavum usque manet im-

sam crassam sarcomaticam inter et teneram laxam, adinstar spumae pericardio impositam texturam eius normalem in oculos incidit cuivis. — Hinc autem iam et elucescit quod ab Asthmate thymico morbus propositus affatim, praesertim vero per modificationem diversam, per multo longiorem singularis invasionis diuturnitatem, et magis acutum distinguatur decursum.

Discrepat etiam sic dictum Asthma periodicum acutissimum pituitosum (Wigandi), formae sequentis: In infantibus 8—10 hebdomadas natis absque caussis occasionalibus, absque opportunitate et febre, appetitu somnoque bene vigentibus repente sub stertore notabili per mucum tenuem spumantem, vias aëreas inundantem continuo alacriter è naribus et ore scaturientem, sub ceterisque pnigmi symptomatibus periculum suffocationis, saepius revera nonnisi per citissime porrectum emeticum avertendae enascitur. — Excipitur tranquillo sano plurium horarum somno perfectae valetudinis imaginem iterum pro-

---

mutata et demum usque 16—17um pedetentim obsolescit. — Eius gravitas specifica in neonato est 1,071, in infante 14 dierum 1,020, serius fere levior quam aqua.

curante, insultus post lapsum horarum 5—6 cum eadem scena reversurus. Caloris et sitis nullum observatur augmentum, pulsus nonnisi sub exasperatione periodica celerior quidquam et debilior. — Morbus integer post 5—6 dierum decursum sub adaequato tractamine communiter abit in sanitatem.

Fors etiam cum uno a Gölis descripto hydrocephali chronici symptomate possibilis esset permutatio, quod saepe iam in evolutionis stadio, in serioribus autem constanter occurrit, et frequentem mortis apopnicticae caussam sistit ignoratam. — Id autem defectus respirii (so genanntes Verkeichen) in infantibus est; dum excutiuntur somno, vel et sub flendi tussiendi se movendi intentione rigidi fiunt per integrum corpus lividique, itaque iacent per minuta prorsus exanimes, donec tandem cum forti exclamatione una adsemel et insimul universa iterum inchoet respiratio *). — Sed cetera hydrocephali symp-

*) Cum observatores nonnulli (Haugdsted, Meckel, Hood) de contemporanea glandulae thymus physconia loquantur, id ipsum utique ad ulteriorem glandulae huius investigationem in sectionibus hydrocephalicorum invitaret.

tomata diagnosticam debitam affectioni huic affundunt lucem.

In paroxysmo primo forte Catarrhus siccus talis praesertim qui peripneumonicus evasit (Richter), aeque per brumam et refrigerium solennis commutationem admitteret; verum qui insultum sine prodromis et tussi supervenientem in morbo proposito, characteristicum sonum, cum anxietate respirii multo maiore, diuturnitatem intermissionibus praecisam solum perpenderit, de veritate non ambiget.

Maioribus difficultatibus quidquid etiam e contrario (E. L. Heim. Krit. Bemerk. üb. d. Natur u. Behandl. d. häut. Br. Berl. 1810. — Stiebel in Rust's Magaz. B. 20. S. 102. — Wendt. l. c.) in casibus saltem magis evolutis concedendum proferatur, Diagnosis huius morbi (Wichmann. l. c. — Derselbe in Hufel. Jour. B. 1. S. 1. — J. Chr. Reil. üb. d. Erkennt. u. Cur d. Fieber. Halle 1797—1814. B. 2. S. 474. — Schmalz. l. c.) premitur interdum Anginae membranaceae respectu, quacum et ab omnibus aevis, aevo Millarii praesertim antiquioribus, infelix saepissime facta fuit confusio. — Palmares inter utrumque morbum formales differentiae sunt sequentes:

α.) Morbus propositus simul ac semel enatus, utplurimum magna sua vi citra ullam praeviam aegritudinem prehendit. Quodsi vero in casibus fors rarioribus antequam se se prorsus effingat, sibi ipsi aliquam diu praeludat, nunquam ab exordio ad plenam suam efformationem festino passu non procedit. Tunc autem ab Angina membranacea rarius aeque festinanter invadente distinguitur affatim per febrem inflammatoriam huius comitem eo validiorem quo concomitata magis abludit ab acmastico suo more lento.

β) In morbo proposito durante tantummodo paroxysmo tensionem constrictionem angustationem aeger toto pectore persentit. Aliter autem in Angina membranacea, quam dolor fixus, omnibus aliis symptomatibus nonnunquam antecedens pungens pressivus in larynge vel trachea, praeterea nullum in pulmonibus ipsis inspirationis impedimentum plerumque sat clare distinguit.

γ.) In morbo proposito excepta fors brevi sicca tussiculatione bexis notabilior nec praecedit nec comitatur paroxysmum, e contra vero in Angina membranacea tussis semper est unum e praecipuis signis pathognomonicis.

δ.) Characteristicus profundus fortis crassus raucus obtusus clangosus vocis et respirationis sonus in morbo proposito discrepat a sono dolorifico Anginae membranaceae proprio qui est: sub tussi cum impulsibus plus minus violentis asper raucus sibilans metallicus siccus, saepe cavus profundus, saepe acutus qualis fere clamor est sub iugulatione porci, perterritae raucae gallinae gracitantis voci nonnunquam, vel cucurritui galli pulli, alias latrationi raucae caniculae non absimilis, in quo simul auris distincte percipit aliquid quod eliminari vult et non potest; sub inspiratione sibilans strepens lentam serraturam imitans, sub exspiratione gemens, sub voce singulariter raucus et asper, simul duplex ex acutissimo saepe transilis in imum.

ε.) Maximi vero momenti respectu anginae membranaceae sunt in morbo proposito periodicos insultus excipientes intermissiones, quae dum etiam nonnunquam saltem nomine remissionum insigniri merentur, tunc etiam non tantum ipsae valdopere distinguuntur ab Anginae membranaceae remissionibus, utpote quae — in oppositione cum morbi propositi dermate frigidiusculo sicco, pulsu parvo contracto, urina spastica odoris subdulcis etc. —

sub febre potius inflammatoria calorem in integro corpore normali maiorem, pulsum fortem plenum frequentem, urinas flammeas sulfur redolentes offerunt; sed et praesertim tunc morbus propositus maxime discrepat ab Angina membranacea, quod prior eo vehementius corripiat, rapidius progrediatur, eoque clarius totum suum offerat habitum, quo magis ex intermittente suo typo transeat in remittentem, posterior verum a iugi suo processu reclinans sit in ratione suae gravitatis inversa, atque per stadia magis extensa distinctis prodromis incedat.

Minoris practico-diagnosticae utilitatis est novisse quod morbus is sporadice Angina vero membranacea utplurimum epidemice grassetur, cum haec ipsa quoque non raro in singularibus individuis et morbus alter alterum insequens et uterque sub eadem coeli constitutione promiscue occurrat. — Multo minoris adhuc eo respectu dignitatis sunt eiecta concrementa lymphatica, quia antequam illud stadium attigerit Angina membranacea eandem distinxisse oportet.

Quam Steffen (Rec. der Schrift v. Puchelt in Hecker's liter. Annal. B. 3. S. 327.) distinguit, carditis infantum cognita atque descri-

pta praeprimis a Pucheltio (D. Venensyst. in sein. krankh. Verhältn. Lpz. 1818. S. 108.) est maximi revera pro morbo proposito sub omni respectu momenti: Statim initio in carditide motus apparent febriles cum vespertina, nonnunquam autem et duplici per nychthemerum exacerbatione, in quibus pulsus valde irregularis, saepius intermittens, fortis utplurimum et durus, lingua albido tegmine consuetim cooperta, facies characteristica simul in longum producta, notam anxiae sollicitudinis cardiacae continuo patefaciens, livescens constanter, vel potius coeruleo-cinerea; nonnunquam et color idem in apicibus digitorum visibilis, tussis frequentior, excretiones alvinae suppressae, urinae missae parcae profundi coloris et turbidae sunt. Proles evectiores de doloribus tensivis rheumaticis in dorso vel et in extremitatibus, vel et sensum oppressionis in scrobiculo cordis, et dolorem conqueruntur epigastricum, qui cum angore sub contrectatione validiori sursum versus directa praesertim exasperatur. Inter haec qui comparent, et corporis animique motus insequentes — nominatim sub medicinae repudio, hirudinum applicatione — facile revertuntur, insultus asthmatici rariores

initio et leviores, tantum in ulteriori mali progressu fortiores evadunt et copiosiores, sub quorum dominio ora non ita rubent quam potius coerulescunt, cor absque norma magnas et validas exerit vibrationes, et strepera se insinuat tussis. Circa diem 7, 9, 13, cardiopalmo desinente fit Asthma continuum, collabitur facies, inchoat sensuum stupor, accidunt non raro convulsiones, etc. — E quibus omnibus iam liquet, si testante Stiebel (Rust's Magaz. B. 20. S. 116.) in morbis ambobus soni et dyspnoeae magna similitudo non infrequenter contingat, carditidis breviores praesertim pauses inter insultus facientis, et symptomatibus nervosis stipatae diagnosim a morbo proposito, nisi phaenomenorum omnium syndrome et accuratissima perpensione suffultam, esse nonnunquam revera difficilem.

Tussis convulsiva dignoscitur eo quod phlegmymenitis viarum aërearum, coryza tussi sputis mucosis sub insultu copiose eiectis, communiter et febre catarrhali notata, ab exordio per stadium primum, et hoc quidem — nisi sit indoles morbi magis phlogistica, vel aeger maiori polleat nervea receptivitate — sat longum in stadium usque convulsivum pro-

tendatur. In quo si adhuc praeterea se obverteret dubietas, hanc facile non tantum in suis productis, tensis, angore rugitum fere asininum aemulantibus inspirationibus proprie resonans, vehemens qua quivis insultus inchoat tussis et pedissequus vomitus, sed etiam in genere morbi decursus magis chronicus, eiusdem minus confertum discrimen et subiectorum tum iuniorum tum adultorum simultaneorum pluralitas utcunque sublevabit.

Difficulter morbus propositus confunderetur cum spirationis cessatione (Dem sogenannten Wegbleiben oder Ausbleiben des Athems) infantibus in adfectus animi pronis contingente; qui sub ira vehementiori et clamore, halitum ducere subito cohibentur, ubi simul erubescunt in facie, violentos cum extremitatibus exercent motus, vel et has rigide protendunt, donec intra horae scripula aliquot iterum ad se redeant. Adfectio haec trimestre tertio cum conscientiae et voluntatis evolutione comparere, post annos aliquot autem cum magnae convulsibilitatis imminutione, et quando iam adfectus partim refrenare ratione partim exonerare verbis quiunt evanescere solet.

Ex omnibus his iam ergo formam propositi morbi definiunt: In prolibus subitanei asthmatis ex interna dynamica inspirationem speciatim cohibente pectoris affectione prodeuntes, characteristico vocis et respirationis sono, individui subiecti stringente in penetralibus thoracicis sensatione, et generalibus symptomatibus spasticis insigniti, tenore constantes, intermissionibus distincti, nec non acute decurrentes paroxysmi.

Secundum definitionem hanc proxima morbi ratio consistit in spasmo tonico pulmonum, quo, cum fibra musculari, ceu contractionis animalis repraesentatore declaratur insimul, quod secundum evolutionem huius fibrae e pulmonibus sensu strictiori sumptis per vesiculas pulmonales syringes bronchia bronchos tracheam et laryngem, in his praedominetur spasmus, pulmones igitur ipsos e coercita per eundem debita expansione, impeditoque sanguinis circulo affectos esse magis (Haase). — In huius aliquo consensu distinguit a morbo proposito, quatenus eundem in spasmo pulmonali consistere vult Stibel (Rüst. Mag. B. 20. S. 84.) quam in uno casu, atque iam prius semel in altero (Kleine Beitr. z. Heilm. S. 81.) observavit Anginam spasti-

cam (krampfhaft. Croup.) constrictioni laryngis et tracheae praeprimis innitentem; qua prehensus infans in lecto quidem permanens se solum anxie volutat, sonum offerens cucurrientem nec ad instar tenesmi, sed sub tussi, quae si fors accedit raro, ex imo pectore provenientem, et serius dumtaxat, quando morbus iam altiorem adeptus est gradum, sonum, qui anginae membranaceae consuetus est in illo fieri similiorem; ceterum peculiariter in oculos incidentem esse omnium symptomatum specialiter et vocalium intermissionem. — Etiam unus a Schwarzio (Harlesz. N. Jahrb. d. deutsch. Med. u. Chir. B. 10. St. 3. S. 53.) conspectus casus cum exacte Membranaceam anginam mentiente voce huc spectare videtur. — Baumgärtnero (Handb. d. speciell. Krankheits - u. Heilungs - Lehre mit besond. Rücks. a. d. Physiol. 1835. B. 2. §. 1889.) tonicus is spasmus residere videtur in circularibus, ubi desinunt annuli cartilaginei secundum Reisseisen et Laennec initium sumentibus fibris, fors usque ad vesiculas pulmonales continuatis.

An autem etiam cum integra morbi forma, haec ipsa ratio combinari possit? — disquirendum est. — Joerg (Kinderkr. S. 735.) qui

morbum hunc nunquam observasse fatetur, non concipit quomodo spasticae arteriae asperae contractiones voci raucae profundae et aliis symptomatibus catarrhalibus producendis esse possent idoneae, cum tales potius sonum exaltare sibilumque reddere deberent, atque quod potius omnis catarrhalis affectio cum socia voce rauca irritationem plus minus inflammatoriam supponat. — Interim qui solum tussim convulsivam et spasticas quatenus eruptionem exanthematicam e. g. morbillosam non raro praecedunt comitantur vel insequuntur in memoriam revocaverit affectiones, insimul quod spasmus revera ex inflammatione profluere cum eadem copulari et in eandem influere possit, meminerit; — itaque quodsi symphoresis naturae morbi spasmodicae nullatenus obstet, atque iam ex eo vox rauca in asthmate spastico possibilis eluceat, talem insuper et absque ulla symphoresi contingere posse iam eatenus assumendum esset, quatenus non semper symphoresim supponendi ratio prostaret sufficiens, etiamsi in morbo luce clarius spasmodico rauca profunda vox in sua ratione concipi non posset, nam secus ipsam lucem quam videntes non concipiunt abnegare deberent; — Verum enim vero quo-

modo per spasticas fistulae respiratoriae contractiones vox profunda fieri possit iam aliquomodo perspicuum est, si, quod non solum ad acutum sed etiam ad profundum sonum muscularis organorum proxime huc spectantium actio contribuat perpenderimus, saltem patet ex eo, quod si oppositum sonum producentes musculi spasmo corripiantur, oppositus alter produci nequeat; — cum autem notum sit, quod arteria aspera sub productione soni acuti cum elevatione laryngis prolongetur et angustetur, sub productione vero soni profundi cum demissione laryngis decurtetur et dilatetur, in primo casu musculi circulares et transversi, in altero vero antagonistae longitudinales praecipuam exerere debebunt actionem; id ipsum in morbo proposito sedulus eiusdem Antistes Wichmann (l. c.) affirmat inquiens: „Bei jeder Respiration ziehet sich die Luftröhre gleichsam herunter.“ — Si iam nunc musculos longitudinales ubique magis animationi, circulares vero vegetationi correspondere constet, non tantum quomodo sed etiam cur in spasmo tonico pulmonum tamquam animatione excedente talis vox exoriatur liquet; — patet etiam eius clangor e thorace sub talibus

conditionibus magis resonante; — patet et quomodo si spasmus ad musculos circulares protendatur, sonus evadat sibilans metallicus; ad quorum meliorem adhuc affirmationem etiam physiologia vocis masculinae in oppositione vocis femininae consentit. — Sed praeter altam vel profundam ultro quoque quomodo vox rauca absque symphoresi compareat videndum est: Atque hic iterum praeterquam quod in contractionem longitudinalem corrugationi praeprimis faventem impingamus, etiam sub tali rerum statu oppositae animationi excedenti vegetationem oppositam debilitatam invenientes plerumque, saepius etiam maiorem membranae mucosae in computum adducere cogemur atoniam. — Confert huc praeter aliquos superius iam memoratos nominatim et unus a Vogelio (Rust. Mag. B. 26. S. 309.) narratus casus; ubi sesqui tertium annum enata rhachitica proles fortibus invasionibus asthmaticis obsessa fuit; omnis quidem deerat febris, verum tussi sicca clangosa, respirationis sono vehementia et anxietate plenarie anginam aemulabatur membranaceam quam tamen antispasmodica sanavere.

Guersent (Encyclopaed. d. med. Wissenschaft nach d. Dict. med. herausgegeb. v. Meissner. B. 2. S. 66.) praeprimis a Millario tum ab eius sectatoribus tres vel quatuor diversos in dyspnoeis symptomaticis, variis laryngis tracheae et ipsorum pulmonum inflammationibus consistentes morbos sub Asthmatis huius nomine descriptos fuisse, demonstrare conatur. Ipse quidem Autor duos in prolibus vidit casus cum anxietate praecordiali, tussi sicca, essentiali dyspnoea remittente cito deleteria, in quibus nullas fas erat supponere rationes morbosas organicas (?), nunquam tamen apud infantes dyspnoeam essentialem (?) cum perfecte liberis intervallis. — Nimirum quatenus animatio seu sana seu morbosa nonnisi e vegetatione profluit, et praeprimis propterea iam animationis morbi in genere sunt rariores, et quatenus nonnisi rarissime tenerior infantilis organismus tantos impetus sustinere valet, ut se non etiam protenderent in intermissiones eorumdem effectus, etc. —

Jahn (Neues Syst. d. Kinderkr. Rudolst. 1807. 8. S. 502.) sugillationes et maculas cutaneas interdum in agone comparentes exanthematibus adnumerat, — quae tamen potius dum viribus vitalibus omnibus in unum syste-

ma conversis vires in aliis organorum seriebus resolvuntur, e humoribus in teneriorem structuram infantilem coactis sub impedito sanguinis circulo, et spasmo per integrum corpus radiante prodeunt, nec uspiam in determinandum morbum efficaces.

Magis notabiles hoc intuitu sunt qui sensim per integrum corpus incrementa capiunt spasmi, quive scenam plerumque concludit tetanus universalis. — Annuit et Necroscopia, nam illa quae rimatione deteguntur, et praesertim illa quae quamquam sedulo quaesita nuspiam deteguntur nil nisi pervicacem ad subtilissimas usque bronchiorum diramationes productum spasmum, et specialiter in hac syndrome omnia nil nisi spasmum loquuntur. — Maximum interea sibi respectum expostulat: non-nisi sub adaequato tractamine antispasmodico victricem ex hac lucta procedere vitam.

Cum ergo complexum omnium morbi symptomatum caussarum et effectuum reassummendo, hunc tonicum pulmonum spasmum unum in centro in quem abeunt caussae nec non e quo profluunt effectus, cum omnibus morbi symptomatibus intimiori et propiori quam aliud quodcunque nexu iunctum

atque characteristicum, uno verbo essentialem deprehenderimus: ex eo merito et in eodem proximam morbi rationem intuebimur, et in definitione morbi huic nominatim eundem substituemus naturali iure. — Ut autem definitio morbi morbo nominatim substitui possit, necessaria est denominationi idonea i. e. quam brevissima iusta definitionis expressio. Videamus:

In asthmate definiendo multum dissentiunt autores *). Cullenio asthma spirandi difficultas est cum angustiae sensu in pectore, et respiratione sibillosa strepente, tussi ab initio paroxysmi difficili vel nulla, in fine vero libera, sputaque mucosa reddente. Frank et Selle Asthma spirandi difficultatem chronicam esse nec ubique periodicam asserunt. Nec ipsa vox ideam periodicitatis includit, nam e radice αω αаω flo spiro formatur ααζω, ασθμαζω, ασθμαινω, futur. ασθμασω imperfecte cum molestia et contentione respiro; hinc autem ασθμα, quod itaque simpliciter respirationem

*) „Unbestimmtheit des Begriffs hat auch Seltsamkeiten in der Sprache der Aerzte hervorgebracht, die vom Asthma pulverulentum gibbosum u s. w. sprachen, als ob das Asthma staubig oder bucklig wäre.« (Neumann).

mancam difficilem vel respirationis angorem significat. — Cum itaque inter Asthmata ulterior adhuc observetur diversitas, et ad conceptum distincti in hac diversitate Asthmatis cuiuscunque aliis significandum, signum quoque vel denominatio distincta necessaria sit, suo iam tempore Osterdyk divisionem Asthmatis in continuum et periodicum suscepit. Hinc morbus propositus in genere Asthma periodicum, passim et audit spasticum vel convulsivum vel caducum (epilepsia pulmonum v. Helmontii). — Ultro quoque cum Asthma hoc subdistinguatur secundum proles et adultos, et qua tale denominationum iterum distinctarum indigeat, prius ex eo quod prae ceteris a J. Millar exacte descriptum sit, plurimis Asthma Millari, Millario ipso Cynanche trachealis spasmodica, aliis Asthma acutum periodicum, Laryngismus stridulus, Pneumolaryngalgia (Suchet. Essai sur la Pneumolaryngalgie ou Asthma aigu. Par. 1828.); Anglis: the Hives, spasmodic Croup; Germanis: hitziger trockener Krampfhusten, Krampfbräune, krampfiger Croup, hitziges Asthma, Hühnerweh, nervöser Croup (Engelhard. D. Croup in dreifacher Form.) Cerebralcroup

(Pretty in Rust's Mag. B. 26. S. 380.) etc. etc. vocatur.

Sufficiat haec nomina notasse diversa; pleraque non conveniunt sientiae. Nam, praetereundo Pneumolaryngalgiam, Cynanchen, Laryngismum, Hühnerweh, Cerebralcroup, adaequata sunt spasmo tonico pulmonum infantilium nec Asthma Millari, cum id tamquam Asthma simpliciter, respirationem difficilem significet, et praeter spasmum tonicum pulmonum in prolibus et adultis diversissimas alias talem respirationem producentes affectiones includat, atque cum tamquam Asthma Millari — etiamsi morbi denominandi quae significari vult ad Millarium historica ratio, ex ipsa hac denominatione nullatenus eluceat — eo praeprimis contrarium sit, quod Pathologiae tamquam Scientiae pathologica nec e momentis historicis, vel alienis quibuscunque desumenda correspondere debeat Nomenclatura; — sed nec Asthma acutum periodicum, cum eo praeter spasmum tonicum pulmonum acutum in genere morbi comprehendantur alii complures; — nec Asthma spasticum periodicum, cum id tamquam Asthma spasticum non tantum spasmos clonicos et tonicos, verum etiam spasmos quos-

cunque cordis, musculorum colli, thoracis, abdominis asthmati producendo pares amplectatur, epitheton autem „periodicum" generalem spasmorum characterem exprimens nil nisi pleonasmum involvat; — quatenus autem spasmus tonicus pulmonum infantilium non semper in principali anginae ratione, et forma anginae nervosa non semper in spasmo tonico pulmonum consistere debet, neque nomen Anginae nervosae (nervöser Croup) cum morbo denominando semper exacte congruere videtur, minus aptum iam et propterea quod altiorem morbi rationem attingens obtutui primo non sufficienter claram offerat formam morbi rationalem, etc.

An ergo Scientiae quatenus haec in rationem distinctarum formarum inquirit, eatenus e proxima formali ratione definita denominationem earumdem deducere — quousque licet saltem — non esset proficuum? — ita quidem ut e conceptu significiendo definito signum eiusdem vel denominatio, et vicissim e denominatione definita conceptus signifactus naturali semper necessitate proflueret; atque ut quemadmodum scientia chemica non obstantibus nominibus trivialibus quibusvis v. g. sulfatem natri non salem Glauberi, ita

quoque Pathologia v. g. Paedopneumotetanum loco Asthmatis Millari etc. distinctae rei daret tamquam definitionem denominatam, hac ipsa opponendo fabricae vulgari nominum innumerabilium pro quacunque re in Babel tendenti denominationem definitam?. — Nec ethymon Paedopneumotetani repugnat, cum enim παῖς idem ac puer (tam masculinus quam femininus) et παιδιον idem sit ac infans, atque a πνεω, πνευω, halo, respiro πνευμων i. e. pulmo, et a ταω capio τεινω tendo τετανος i. e. spasmus tonicus formetur; morbus propositus Παιδο-πνευμο-τετανος est, itaque pleno iure nominatur.

Quid ergo Paedopneumotetanus est? — restat adhuc ut in altiorem eius rationem inquiramus. — Stibel (Rust's Mag. B. 21. S. 54.) opinatur caussam cur sub Anatomia Paedopneumotetano defunctorum nil bene conspicui sit inventum in eo latere, quod morbi sedes in corde pulmonibus et glandula thymus quaesita fuerit. Non sunt hic singulares respirationi inservientes partes iuxta eundem autorem affectae, sed integra functio potius sufflaminatur pro momento. Cum autem secundum experimenta Flourani medulla oblongata inter corpora quadrigemina et exordium paris ner-

vorum octavi sita, sit pro respiratione veluti prima vectis, vim eius regentem fundamentalem recondens; conspexit Stibel manuum ad oculos captationes participium corporum quadrigeminorum indigitantes in hoc morbo tamquam signum characteristicum; alia symptomata uti subsultus musculorum faciei, eiusdem paralyses sine turgore, convulsiones recurrentes, et nonnunquam obvenientem in occipite dolorem ab affectione medullae oblongatae derivans. — Hoc respectu commemorari meretur etiam quam Clarke (Comment. of somme of the most importent diseases of children. Lond. 1815—21.) et post illum fusius Pretty (a. ein. engl. Zeitschr. v. Steinthal mitgeth. in Rust's Mag. B. 26. S. 380.) descripsit Angina cerebralis (Cerebralcroup). Huic quidem morbo obnoxias proles cum viderit autor unius et eiusdem familiae complures, non raro quidpiam haereditarii a parentibus inesse, scilicet eorumdem in nevroses inclinationem suspicatur; et quamquam interdum forte proruptionem dentis (?) aut abdominalem affectionem caussam admittat occasionalem, proximam attamen caussam et sedem morbi semper quaerit in encephalo. Hinc quae cum sono sub difficili qualis anginae contingit respira-

tione temporibus indeterminatis redeunt et increscunt symptomata spastica in apertas abire convulsiones, quibus si non prospiciatur mature, ex adaucta ad meningitidem usque irritatione cerebrali tandem asserit insequi mortem. — In nervis pulmonalibus et praeprimis eorumdem nevrilemate inflammatis morbi caussam agnoscit Brodhag (Asthma systematice tractatum. Frib 1826. p. 32.). — Baumgärtner (l. c. §. 1889.) tam in sensibilitate morbosa substantiae nervorumque pulmonalium, et in occasionalibus pulmones immediate adgredientibus caussis, quam in affectione organorum systematis nervosi centralium, — quod ultimum tamen eidem in Asthmatis forma consueta sat rarum esse videtur, — morbum in quo regularis antagonismus inter motus in- et exspirationis vel potius inter functionem nervi vagi phrenicique suffertur, fundari posse proponit. — Revera magnus et multoties occurrens medicorum error apparet in eo quod omnem sensuum motuumque rationem nonnisi quaerant in nervis. Nervi praeter sensum et motum quem qua partes organismi vivi proprium possident organicum nec sentiunt nec agunt, sed — ubi nervi sunt — ope nervorum sentit et agit organis-

mus vivus. Atque non tantum esse nervos nil nisi vivos animae conductores, verum etiam tam conductoribus suis vivis, quam — quod saepius — organis suis animantibus alienatis, animam in polari sua sensuum motuumque manifestatione alienari omnis idcirco docet experientia. —

In vitale Praedopneumotetani substratum inquirens Celeberrimo ac Clarissimo Domino Professori Fr. ab Hildenbrand (Annal. Ticin. Tom. II. p. 14. 279.) spasmum in principium bioticum tanquam electrium vitale reponenti ex intima persuasione mea assentio — equidem: — Cum omnis vitae necessaria conditio sit ut Homogenia tamquam principium sphaericum, solare, calefaciens, in expansionem nitens, positive electricum, basicum, phlogisticum, vegetans, combustibile, femineum, iuvenile, minus individuale, percipiens etc. se semper et ubique abigendo in heterogeniam seu oppositionem, et vicissim ut heterogenia tamquam principium atmosphaericum, planetere, frigefaciens, in contractionem nitens, negative electricum, acidum, antiphlogisticum, animans, comburens, masculinum, virile, magis individuale, reagens, etc., se semper et ubique adigendo

in homogeniam seu neutralisationem tendat: id ipsum etiam obtinet in vita morbosa. — Quodsi iam e morbosa fundamentali quadam definita, per animationem minus limitata vegetatione, biotica polarisatio talis in atmosphaeram abeat nervosam, nunc vicissim animatione per vegetationem minus limitata secundum necessariam naturae legem nisus in adactionem oppositionis ceu neutralisationem, contractionem, fibrae muscularis actionem emergit. Itaque praeponderans agendi facultas demum occasione quacunque sufficiente, vel si certum attigerit punctum sponte cum levioribus contractionis symptomatibus, scilicet diverso frigoris, in aliis et internis corporis partibus aestum excitantis subiectivo sensu, formicatione, subsultu tendinum etc. initians, tandem sub forma spasmi vel magis universalis, vel topici in organis sensibilitati plurimam irritabilitatem opponentibus tamquam per electricas explosiones neutralisatur. Quo facto quatenus etiam vegetatio magnum animationis influxum experta est, haec nunc eo magis secundum legem eandem in animantem oppositionem et quidem semper iterum et eousque tendit, donec quacunque ratione maior vitae syntaxis suscitata, suas subigendo

morbo vires convertat, vel adversum crescendo, donec essentiales vitae fontes semel plus quam par est obruantur obstruantur in sua organisatione et functione mutentur, exhauriantur etc. — Nihilominus exiguum hoc siquidem pro se verum est, tamen ut perfectam nanciscatur evidentiam praeiudiciis omnibus et quibuscunque reiectis naturam ceu uni — versam rerum di — versitatem in suis generalibus manifestationibus, et in his ipsis tamquam in rationibus materialibus atque vitalibus *) naturam organicam et humanam per secundam aeque ac adversam valetudinem penitius patentem, i. e. magna multaque ad forum altiorum scientiarum pertinentia praemittenda supponit.

Secundum illa principia iam Paedopneumotetanum formaliter evolvere pronum est. Infantilis enim aetas subiecti vitam rapidiorem cum organorum teneritudine summa nervorum et musculorum agilitate, dentitione — effectum suum excitantem in nervorum aeque

---

*) Qui vim ceu primordialem omni praemittunt materiae, moderni dynamici, planetas solibus, animationem vegetationi, epigenesim generationi aequivocae, femineae masculinam hac ipsa ratione praemittere debent — quod est absurdum.

ac vasorum systema exerente, — praesentans, ad morbos ut quotidiana docet experientia spasmodicos in genere, ad Pneumospasmum quoque disponit, cum organa respiratoria nervis praedita copiosioribus utique iam inter alia pleraque sensibilitate excellant, cum eadem haec organa dentitionis operi perquam contigua sint, cum ad suscipiendam actionem incitatam iam per propriam suam organisationem et functionem idonea, saepius etiam cursu, risu, vagitu, cooperantibus velocibus vividioris in effectum quemcunque per universam oeconomiam organicam diffundendum inque circulationem et respirationem nimium et multifarie influentis animi vicissitudinibus consuetim ab infante provocentur; dum interea hepar utique pulmonibus pedetentim concedat functionis praeponderantiam, atque sic in neonatis post primas 4—5 septimanas eminenti ad icterum proclivitati sensim sensimque substituatur maxima ad affectiones catarrhosas dispositio; — etc. — quibus omnibus ita constitutis cum adhuc accedat, quae maximi sane momenti videtur, evolutio laryngis aliarumque viarum aërearum, iisdem praeprimis vitae temporibus contingens, et eximiam in has ipsas partes irritabilitatem concentrans

— a Millar, Wichmann, Hecker, Henke, Formey, Richter, Harlesz, Engelhard, Hufeland, Wendt, Meiszner, Kreysig, Eck, Wiegand, Lentin, Heim, Gölis, Baumgärtner, et praeter plures supra citatos, a multis adhuc aliis Clarissimis et in relatione suarum observationum candidissimis viris suffultus non video sufficientem rationem, cur in infantibus ad spasticas omnis generis et pulmonum ipsorum affectiones multo magis quam adulti proclivibus ceteroquin Pneumotetanum abnegent alii? Sic Neumann (D. Krankheiten d. Menschen). — Fischer (Aerztl. Beobacht. etc. in Rust. Mag. B. 17. S. 541.) secundum experientiam suam morbum propositum in pueris tamquam spasmum tonicum pulmonalem inter fictas solum in mensa scriptoria res refert, omnia huius symptomata nonnisi statui inflammatorio inniti propugnans. — Pucheltio morbus is nil praeter carditidem est. — Morbi eiusdem prius iam receptam ab Autenrieth (Versuche f. d. pract. Heilk. Tübing. 1807. B. 1. H. 1. S. 51.) cum Angina membranacea identitatem etiam J. A. Albers (De Tracheitide infantum. p. 49.) et J. Ch. Albers (Commentarius de diagnosi asthmatis Millari strictius definienda. Gött. 1817.) defendunt; atque sequi postre-

mum videtur etiam. J. Frank (Prax. med. univ. praec. B. II. V. II. Sect. 1. p. 770.) affirmando spasmum tonicum pulmonalem prolium non occurrere qua talem.

Alia praeterea momenta proëgumena potentiam nerveam abnormem vel universalem vel topicam

A. deuteropathice vel
B. protopathice
2 A. symptomatice vel
2 B. idiopathice
3 A. sympathice vel
3 B. simpliciter

hac ratione progignunt ad amussim. — Wendt (Kinderkrankh. S. 446.) casum unum adducit, ubi postquam nonnisi per efficacissimum apparatum antiphlogisticum salvari potuisset lactans mater, eiusdem infans paulo post sub repetitis invasionibus asthmaticis occubuit.

Quodsi iam e quibuscunque datis disponentibus momentis genesis Paedopneumotetani rationalis quodammodo fuerit evicta, eandem eo minus dare recusabunt caussae procatarcticae. — Harum praecipua psyxis si iam effectu suo primario contractionem in organismo vivo, atque per hanc ut horripilationes sensuum motuumque hebetudo, tremor et

spasmi fatentur, nervos et fibras eminenter sollicitet, effectu quoque suo secundario in vitam nervoso - muscularem redundare debet, ubi sufficiens atque tam magna spectat eiusdem vitae receptivitas. — Ceterum alter et intensior est effectus frigoris aestuante corpore excepti. Inprimis cutis sudore madens non tantum in sua adeo exaltata functione subito turbatur et interrumpitur, atque calorici electricique tunc inter naturam individui internam et externam maiori oppositione dispensorum medium sistens bonum conductorem, harum efficientiarum deperditarum in ratione vitae tamen necessariarum officinam internam sollicitat; verum etiam eo ipso per sensibilitatem et irritabilitatem magis adhuc adauctam sub titulo consensus et antagonismi viscera in dermatis nexu dynamico sita, et eminenter pulmones ita facile corripiuntur, ut si et, qui eadem occasione consuetim offertur, aërem in conditionibus suis pro respiratione mutatum et alias combinaverimus circumstantias, in subiecto ad Pneumospasmum utique iam disposito eundem quoque progenerari eo facilius intelligamus. — In pueris nonnunquam frequentius autem in equis e citato contra ventum cursu provenit Asthma

singulare (das sogenannte Verfangen); illud vero non tam in emphysemate pulmonum (Richter Spec. Ther. B. 5. S. 9.) quam potius in eo suam agnoscere caussam videtur quod in animationis incitatae sanguinisque tunc ad pulmones congesti magis phlogistici, partes irritabiles proximas extendentis et comprimentis proportione, nerveae maioris in plasticismum etiam magis attractae potentiae debitus in eundem influxus supprimatur, et qua talis influxui atmosphaerae respiratae maiorem potentiam concedat ex una parte, ex altera vero eo potentius in fibras convertatur contractiles, etc.

Terrore sub cuius momento omnes expansivae et contractivae vires in altissimo gradu se mutuo influxu sollicitant, animationis ad plenam usque suppressionem augmentum enorme, hinc si non paralysim tumultuariam in integra irritabili sphaera praeprimis in musculis reactionem, itaque sub disponentibus momentis in pulmonibus tunc insuper cum eminente sanguinis venositate circuloque nimium turbato colluctantibus spasmum provocari posse, certum et multis occasionibus probatum est. — Recte credit Naumann (l. c. p. 601.) quod non paucae de dic

minitantes affectiones asthmaticae per auctas inspirationis contentiones evitari possint, quae sub somno anxia turbida somnia adlicientes ad gravem cito provehuntur paroxysmum.

Etiam pauperum infantes generatim tamquam degentes in squallidis, caliginosis, humidis, hominum animalium et rerum diversarum effluvio, haematopoësim et nerveum in hanc ipsam influxum inhibente mephitico, vel specifice magis vias aëreas irritante empyreumatico sulfureo metallico etc. refertis aestuosis conclavibus, atque noxias inter complures alias in diaetetico regimine sitas, maioribus quoque et pluribus temperaturae vicissitudinibus expositi frequentius quoque sunt subditi morbo. — Hinc autem etiam qui pauperes specialiter subintelligendi sunt patet, si Naumann (l. c. B. 1. S. 587.) ex eo quod infantes robusti potius anginae membranaceae succumbant contradicat; quam affirmante Porterio (Obs. on the surgic. pathology of the Larynx and Trachea. 1826.) videre frequentius est in prolibus locupletioribus.

Rationem, cur forma Pneumotetani in diversis subiectis tam multum abludat, partim in diversitate caussarum morbum excitantium externarum et morborum in Pneumotetani ne-

xu caussali existentium, partim et praeprimis in aetate subiecti delitescentem videmus. Etenim si morbus vitae nervoso-musculari in integro organismo, et prae ceteris in organis respiratoriis, eidemque tam pro se quam in nexu evolutionis universalis secundum primas praesertim aetates adeo varianti innitatur, et ex eo iam necessario discrepans sit; ultro quoque et magis adhuc differre debet per suum, quem ceu Pneumotetanus essentiales vitae conditiones labefactans in vitam organicam integram secundum annos adeo diversam diversum exerit effectum. — Interim in adultis quoque praeprimis in feminis similem formam Jonas (Ueb. Millar. Asthma u. häut. Bräune in Hufel. Journ. B. 20. St. 1. S. 136.) peraeque Capuron (Krankh. d. Kinder, deutsh Uebers. S. 336.) nonnunquam in feminis erethisticis et hypochondricis inveteratis observavit. Etiam quem Engelhard sub nomine rheumatismi pectoris acuti describit morbus in feminis debilibus obveniens communiter lethalis Paedopneumotetano (dem nervösen Croup) nisi quod in origine sua primaria extremas bronchiorum diramationes prehendat, secundum hunc auctorem in omnibus analogus est. Praesertim autem et inter similes

adultorum casus unus a Ducamp (Jour. génér. d. med. franc. et etrang. 1820. Juil. p. 131.) descriptus ubi cum aetate progrediente sponte se subduxit Asthma, et quem Wichmann (Hufel. Journ. B. 1. St. 1. S. 11.) de subiecto 40 annorum Asthmate Millari detento refert; et illi rarissimi qui per unum paroxysmum validiorem pro tota reliqua vita feliciter fuere devicti (P. Frank. Epit. V. VI. P. II. p. 173.) hic loci adnotari merentur. — Certe cum Wilson Philip (Auf Vers. gegr. Unters. üb. d. Ges. u. Funct. d. Lebens etc. deutsch übers. S. 273.) qui praeter 50 casus Asthmaticos nonnisi duos mere spasticos reperit, consentiendum est in eo quod genuinus et substantivus Pneumotetanus in senioribus raro solum occurrat. Hinc autem etiam cur in plerisque de hoc morbo tractatubus tam discrepantia in unam coniecta farraginem inveniantur iam quodammodo perspicimus, lubenter adnuentes Georgetio (Ueb. d. Physiol. d. Nervensyst. u. s. w. S. 492.) — eo non obstante quod Rostan multis cadaverum sectionibus suffultus Asthma nervosum directe abneget — statuenti magnam huius morbi cum tussi convulsiva et dyspnoeis in dentitione hypochondria hysteria obvenientibus affinitatem. — Qua singularem modifi-

cationem Laennec (Traité de l'Auscultation) considerat Asthma seniorum cum infantili respiratorio susurru. Quod scilicet obtinet absque materiali in cavo pectoris vel in pulmonibus mutatione, omni quoque vitio cordis deficiente; saepe quidem sub plena corporis tranquillitate silet, ast excitatum aliquo corporis motu, saepius etiam ad notabilem evehitur gradum. Tunc autem non effective respirium inhibetur, et ope Stethoscopii non omnis respiratorii susurrus absentia veluti sub Pleumospasmo vero, nec in larynge sonus proprius sibilans asper, sed potius in pectore supra dictus percipitur susurrus. Adfectionem hanc Autor magno ingenii acumine spasmo nequaquam adscribit, sed auctae per vices cum ignotis influxus nervei modificationibus probabiliter incedenti respirationis indigentiae.

Cum Phaenomenon quodcunque definitum esse et concipi non possit nisi tamquam ab omnibus aliis phaenomenis tum forma tum ratione distinctum sane ut conceptus omnis semper sit in ratione suae distinctionis directa: quemadmodum superius Paedopneumotetani forma, hic loci certe non minori iure ratio eiusdem in genere morborum praeprimis pue-

rilium nostram excitat attentionem. — Et quidem hoc intuitu primum assumendo morbos organicos animum non difficulter convertimus in eorum tam frequentem comitem hypererethisiam, quod si non tantum vires vitae vegetativae a morbis organicis directe subtrahantur, verum etiam contiguae vegetationis irritatae compressae in animationem revolutio continuo sustineatur adaucta, nullatenus mirum est. — Sed si quae Pneumospasmum inter et tales morbos praecipue pulmonibus immediate offensos, uti vomicam empyema, angiectasiam, ossificationem annulorum tracheae aut cartilaginum intercostalium, nimiam cordis pinguedinem, physconiam thymicam etc. intersit ratio iam eo ipso utcunque clarum evaserit, morbos organicos, praeterquamquod hi tenere possint organa quae iam per alienatam functionem suam propriam uti sub Asthmate thymico ad Pneumospasmum conferre valent, insuper quatenus ipsam afficiunt respirationem directe, uti sub polypo laryngis, vel mediante sanguinis circulo, uti sub dysphagia lusoria (Schmalz l. c.) cyanosi etc. respiciendos habemus (Morgagni — De caussis et sedibns morborum. Edit. 2da Patav. 1765. Epist. anat. med. XVI. Art. 12. 13. p.

133. — Casum Asthmatis in virgine refert ubi post mortem foramen ovale patebat). Eatenus autem organa per accumulationem sanguinis magis adacti extensa compressaque provocantur ad reactionem, iam per defectum sanguinis minus adacti nerveus cruorem exspectans incitatus in fibras convertitur influxus, iam et utraque ratione sub medii respirandi praeclusione spastica non raro viarum aërearum exoriuntur symptomata. — Huc referendum esse videtur etiam quod Joerg sub angina commemorat: siquidem tracheitis ipsa pro se fors nunquam lethalis, atque nonnunquam localis solum affectio foret, et e levissimis una — nisi subsequa hypoclepsi lymphatica respirationem coërcendo periculosissimos evocaret paroxysmos; — ad quos etiamsi vegetatio sub specificae inflammationis forma luxurians suo in animationem influxu non spernendam contribueret partem, ipsi tamen certo meliori iure iam ad Pneumospasmum spectant. — (Hinc praesertim et ex simultanea affectione cerebrali aliquomodo quoque esset explicandum cur sub tentationibus suffocativis sexualis saepius evigilet instinctus quem etiam ad Anginam membranaceam Desportes (Revue med. Ao. 1828. — Froriep's

Notiz. B. 22. Nro 11. S. 176.) in individuis aetatis diversae observatum adnotavit.).

Nonnullam in Paedopneumotetani comparatione rationali dignitatem sibi vindicant morbi cum secretione vitiata, inprimis asthma periodicum acutissimum pituitosum (Wigandi). Praeterquamquod enim id nullae plerumque caussae occasionales in aequiparando ceterum subiecto sicut nonnunquam et Paedopneumotetanum natalibus donent, similis utrinde morbus in suis periodis cum luculentis intermissionibus emergit, et quamquam alter in organisatione secernente, alter in altiori nervoso-musculari vita, cum perceptione reactionis excessum attamen profitentur ambo. Et sane si organo vitaeque secernenti secreta subtrahi, eademque donec in organismi vivi nexu degunt assimilari porro secernique necessario pergant, per ultima sponte vel artificialiter varia ratione promota secreta, nunc bona malave parte minui vitam vegetativam, atque tunc praevalenti huic innitentes, alias autem etiam e detrimento vegetativo prodeuntes exaltatae vitae nervoso-muscularis — huic ipsae ad restituendum aequipondium incitata vegetatione vires subtrahendo — directe compesci tumultus; per retenta vero quae Hygiene postulat secernenda — etiamsi ab co-

rum peculiari stimulo nonnunquam abstrahamus — morbosas vitae iam vegetativae iam altioris exaggerationes provocari noscimus, experientia ceterisque concludendis adnuentibus. — Jam in primo Paedopneumotetani paroxysmo mors metuenda est inquit Engelhard (l. c. p. 38.) si beneficus non appareat calidus sudor. — Quod Castner (Leo: Mag. f. Heilk. u. Naturwiss. 1828. H. 1. S. 17.) in semet ipso per plures annos expertus est Asthma, magna proruptione herpetica in pedibus diiudicatum est. — Et quo magis sicca tussis convertitur in expectorationem copiosam, eo magis asthmatis spastici consuetim minuitur intensitas (Richter l. c. B. 11. S. 348.). — Secretiones autem suppressae et alienata functio cutanea secundum Brehme (Allg. med. Annal. 1828. S. 447.) praeprimis ad Paedopneumotetanum provocandum magnam conferunt symbolam.

Autenrieth (l. c.) Anginam membranaceam et Asthma Millari morbos identicos nec nisi forma diversos esse proposuit; procedere nimirum Anginam membranaceam ex unilaterali hypersthenica vasorum activitate praedominante, ex unilaterali verum activitatis nerveae praeponderantia Asthma Millari. — Hanc thesim oppugnat Henke (Handb. z. Er-

kennt. u. Heil. d. Kinderkrankh. Frankf. a. M. 1809—17. 2. Thl. 8. S. 412.) monendo differentiam horum morborum ab Autenrieth consideratam ceu formalem valde potius essentialem esse, quae duos heterogeneos plane status morbosos, inflammatorium scilicet et spasticum referat; quorum singulus pro sua parte primariam adfectionem unius e distinctis duobus principalibus organismi systematibus supponat, et eorum in eo solum sitam esse communitatem, quod uterque in eodem organo residens respirationem et oxydationem sanguinis inhibendo plerisque similibus stipetur symptomatibus, quodve refrigerium et unam tempestatis conditionem genitorem agnoscendo simul uterque iuxta fratrem tempora degere possit eadem. — Quodsi vero praeter hanc non abnegandam nec vilipendendam morborum affinitatem, eosdem etiam in uno morbi generalis principio: percipiendi reagendique facultate, quamvis intra fabricas unius vitae diversas ad distinctas potentias evecta, normam exuberante consentire sufficienter perpenderimus, et quemadmodum sensibus rationabilibus in omni forma rationem, ita quoque ratione sensata in omni ratione formam esse necessariam, neque solum

formam proprie sic dictam ceu sensibus adstrictum obiectum veluti huius naturale signum, sed universam rei cuiuscunque naturam tamquam omnem eius sensibus et subiectiva ratione consequendam formam rationalem vel rationem formalem, nonnisi in relatione ad definitum suum genus quatenùs extra illud versatur accidentalem, et extra hanc relationem essentialia detexerimus omnia, veritatem ambos inter Clarissimos Disputatores quodammodo partitam intelligemus eo magis, quo magis in computum traxerimus et experientiam. — Quamquam autem cum Formey (Horn. neu. Archiv. B. 6. H. 2. S. 360.); Richter (l. c. B. V. S. 51.), Harlesz (Neu. pract. Syst. d. spec. Nosol. 1824. 1. Hälfte S. 455.) et pluribus aliis (A. F. Hecker in Hufel. Jour. B. 9. St. 3. — Asthma Millari nil aliud quam modificationem catarrhi simplicis e peculiari subiecti correpti dispositione exortam esse dicit) inflammationem et spasmum complicari, atque tum praeter hanc complicationem tum per hanc gradatione naturali continua transitum inflammationis in spasmum et vicissim, in casibus individualibus non solum, verum etiam in morborum naturali systemate obvenire posse et obvenire revera, denique

spasmum et inflammationem in principiis vitae altioribus convergere tam experientia quam ratione nobis quoque constet: nihilo secius Anginam a Pneumotetano non tantum formaliter verum etiam quemadmodum phlogosim a spasmo rationaliter distinguere nunquam non eoque magis et quantocius necessarium apparet, quo simillimi nonnunquam hi morbi diversum sibi saepissime, ne dicam oppositum lethali semper in opposito altero pernicie minitante tractamen exposcant, quo matura eorum in se gravissimorum cura solum aegros probabilius et pro parte facile Erebo rapere valet, quove solummodo e recta earumdem distinctione therapia quoque recta in complicationibus ipsorum singularibus eluceat. — Eck (Rust. Mag. B. 20. S. 117.) memorabilem, insimul insolito more chronico decurrentem mer a nervosae naturae nota insignem nominatim cum prima huius morbi per Millarium descriptione congruentem morte finitum propriae sobolis casum communicat. — Duo quos G. A. Richter (l. c. B. 11.) observavit casus, ipsum quoque convicerunt existere merum laryngis tracheae bronchiorum fors et vesicularum pulmonalium spasmum sub vera sic dicti Nosologis Asthmatis Millari


hypotyposi. — Huc spectat et anginae forma quam Engelhard (l. c.) ceu mere nervosam in hypersthenicae vel siccae laryngo-tracheitidis oppositione proponit: Ambas eodem impetu, et in prima iam invasione saepe lethales, priorem tamen debilibus per excellentiam convenire constitutionibus, cum notabilibus — in quibus solum remanet profunda vox — remissionibus, atque cum recidivis post 12—18 horarum spatium incedere paroxysmis. — Huius gratia specialiter et epidemiae singulares Anginae membranaceae ubi symptomatibus inflammatoriis minutis eo clarius in conspectum veniunt spastica commemorandae sunt (Richter l. c. B. 5. S. 51.); et morbus complicatus quem Hecker (Hufel. Jour. B. 9. St. 3. S. 16.) Anginam polyposam spasmodicam vocat. — His consentit etiam Goelis dum antispasmodicam in angina therapiam tantum sub eiusdem Metaschematismo in Pneumospasmum admittit. — Praeterea memorabilis est quam Sackenreuter (Allg. med. Annal. 1812. S. 737.) in sexenni puero vidit, angina, decursu suo cum febre intermittente comparanda, ubi saltem insultus suffocativi apertis intermissionibus fuere distributi. — Etiam Sachse (Hufel. Jour. B. 28.

St. 6. S. 3.) in quibusdam Anginae casibus clarissimas remissiones quin intermissiones tam regulares ut aneti meminisset observavit. — Meisznerio (D. Kinderkr. etc. 1828. B. 2. S. 72.) quoque casus occurrit ubi sexennis anginam perpessa proles quinto morbi die cum apyrexia perfecta liberam plenarie respirationem obtinuit, reversus tamen est vesperi paroxysmus eo validior, hinc sub finem diei secundae evenit mors. — E contra Harlesz (l. c.) contendit quod Asthma sub faventibus climaticis et individualibus rationibus inflammatorium induere possit habitum, atque sic producere symptomata catarrhalis anginae quin penes perderet spasticum suum per periodos characterem; ambos propterea morbos idem autor considerat tamquam laryngo-tracheitidis modificationem. — Tales complicationes demum et concedit Henke (Kinderkrankh. 2. Aufl. B. 2. S. 176.). — Finaz (Revue med. Ao. 1828. p. 55. — Froriep's Notiz. B. 21. Nr. 1. S. 9.) promulgavit casum ubi primariae tussi convulsivae se insinuarunt dolores in larynge, et magnae suffocationis periculum inducentes respirationis molestiae. Haec autem symptomata tanta coeperunt incrementa ut non aliud quam solitum

in angina membranacea tractamen fuerit indicatum; quod revera postmodum pseudomeninx in laciniis — pertussi multum huc contribuente — cum insigni levamine reiecta confirmavit.

Ad Pertussim Pneumotetanus se habet sicut in genere spasmus tonicus ad clonicum. Nec stadium catarrhale convulsivo praegrediens (Richter l. c. B. 8. S. 32.) nec dominium per omnes nervi pneumogastrici sympathicasque provincias magis extensum hoc respectu notabilius distinctionis criterium pro tussi convulsiva largitur; quae ceteroquin, forte nisi summat originem e contagio cum Pneumotetano nisi hic iterum fors absque caussis occasionalibus vel ex adfectibus animi propululet, similem agnoscit aetiologiam. Unde passim et duplex hic morbus sub eadem caeli constitutione iunctim proveniens maiorem facile quam hucusque obtinuit in comparatione mereretur attentionem. Et nonne Pneumotetani paroxysmus solvitur sternutatione ructu vomitu tussi convulsiva? — An autem etiam spasmus tonicus e clonico promanans non esset observatus? — „Oft geht selbst der Husten in einen anhaltenden Lungenkrampf über wobei Husten und Athem fehlt; welcher

höchst ängstliche Zustand oft eine geraume Zeit andauert;" inquit Baumgärtner (l. c. §. 1897.). — Quid quod sic ut e generali ceterorum momentorum nosogeneticorum analogia, ita etiam ex uno contagio secundum subordinatas naturae individualis internae et externae modificationes cum tussi convulsiva nonnunquam inflammatio (Wichmann l. c. B. 2. S. 113.) sub schematibus catarrhi*), et rarius progerminare possit Pneumotetanus? — Ut itaque supra basim irritationis inflammatoriae per hosce morbos sibi quadamtenus oppositos sequens formaretur Circulus:



Ultimus ergo qua talis vel ceu non contagiosus saltem appareret? — vel etiam fors ob necessariam generando huic contagio vitam

---

*) De morborum catarrhalium natura contagiosa nullum obversatur dubium. Etiam angina membranacea juxta observata virorum fide dignissimorum contagiosa est, aut saltem de contagio suspecta.

plasticam activitate nervoso-musculari iusto magis distentam contagiosus non esset revera? — Si revera hoc sensu quo communiter summitur vita vegetativa ad generandum contagium semper necessaria esset. — Hoc intuitu Koreff (La Clinique V. 2. p. 17. — Froriep's Notiz. B. 20. Nr. 3. S. 47.) valde memorabilem narrat casum: Puer tussi convulsiva laboravit. Paulo post frater natu iunior subitanea valida pertussi correptus, attamen in aliam domum transportatus integram noctem absque tussi tranquille transegit. Domum reverso cum pristina vehementia revertitur tussis. Postquam igitur idem experimentum repetitis vicibus institutum semper idem prodidisset resultatum, tandem infans a domo remotus ruri plena pertussis pace vixit interea. — Atque similia vulgo miracula saepius contingunt, quin pro dignitate sua sufficientur aestimentur, et ad plerosque morbos inveniuntur adnotata. — Mihi saltem animatio praecipuus contagii factor esse videtur, quod tamen non semper vi ipsa inficientis biotica — nisi ad certam usque potentiam evecta, in individuo inficiendo magis disposito, et sub nonnullis aliis circumstantiis sibi peculiariter faventibus, — multo sae-

pius autem et certius animato in infecti vegetationem intimius illato atque e vegetatione in animationem ulterius excludendo semine suam ulteriorem nanciscitur propaginem. —

Denique generaliter maximeque notandum est quod in omnibus morbis spasmodicis musculaturae thoracicae non tantum cum animante altiori nervoso-musculari (percipiente et reagente) atmosphaera (Neumann l. c. B. 4.); sed etiam cum inferiori sphaera vegetativa abdominali manifestus prodeat antagonismus, ita quidem ut ingruentibus convulsionibus musculorum voluntariorum, deliriis, vomitu, etc. Asthmata spasmodica cessent consuetim itaque saepius alternent.

E natura morbi positiva i. e. indicante ad negativam i. e. indicatam immediate transeundum est. — Quamquam autem e priori tanquam synthetica deducatur et nonnisi deduci possit posterior tanquam analytica; tamen id non ut autumant nonnulli — therapiam a diagnosi et natura morbi non plus ultra separando „qui morbum bene dignoverit bene curabit" obiter proclamantes — tam facile negotium est; quin imo, — nisi eo non obstante rudem prosequi velimus empiriam, — multo graviorem per universas in

morbum possibiles efficientias et experimenta multifaria multiplicatam (in casibus practicis adhuc eo difficiliorem quod tota quanta semper prognostica sit) rationem sibi natura morbi negativa deposcit. — Juxta huius principia una optima denique construitur medendi methodus, cui quidem ceu Jamatologiae speciali methodus tractaminis subordinatur, a qua tamen bene distinguenda et in casibus practicis utique nonnisi possibilis est ipsa sensu strictissimo chirurgica *) therapia, ad historiam morbi sensu stricto sumptam referenda. Nam quae ibidem tractamen immediate praecedit prognosis sensu strictissimo iamatologica, quae vero therapiam insequitur semper iterum ceu statui morbi praesenti su-

---

*) Wie in der Wirklichkeit die Materie nicht geschieden werden kann von der Kraft, wenngleich sie als verschieden gedacht werden muss ohne beide zu negiren; so auch der Mechanismus und Dynamismus, überall, auch in der Medizin. — Es sollte sich daher der Doctor verhalten zum Chirurg ohngefähr so wie der Architect zum Maurer; aus diesem Gesichtspunkt nur allein schwinden alle in dieser Hinsicht bis jetzt vorgekommenen Misshelligkeiten. Uibrigens wird in eben diesem Gegensatze besonders nur der Mann in seiner Vorzüglichkeit, wenngleich er manchmal nur Chirurg heisst, bezeichnet. —

perstructa Diagnosis et Prognosis sensu strictissimo pathologica est. — Jam autem etiam patet exinde quod morbus a casibus individualibus abstractus, qua talis, nullam habeat sensu stricto prognosim. Et quod communiter in similibus scriptis sic dictae therapiae sub titulo prognoseos praemittitur revera nihil aliud est quam regularum, iuxta quas in casibus singularibus prognosis instituenda venit, complexus, ex omnibus huc spectantibus biographiis pathologico - iamatologicis (ipsa ergo earumdem therapia non exclusa) abstractus, systema pro se proprium exigens, morbi totius abstracti alteram, et diagnosi per naturam morbi positivam et negativam continuo procedente partem insequentem necessario constituens, immediate in praxim conducens. — Sed ex hac brevi et ad vindicationem quamquam insoliti, attamen iusti mei in hoc opusculo processus necessaria deviatione, naturae morbi negativae totus iterum inhaereo.

Ex eo simpliciter quod morbus immineat prius quam evolvatur, quomodo morbus imminens sit praecavendus prius quam morbus evolutus quomodo sit debellandus, rationalem sibi medicam exigit contemplationem.

Haec autem liquet e primitivis Paedopneumotetani caussis in natura individuali tam interna quam externa sufficienter perspectis, quarum quaelibet pro diversa sua dignitate pertractanda est. In specie:

Debilitati cum erethismo nervoso victus eupeptus frugalis aetati conveniens, amictus non coarctans, varias functiones et corporis evolutionem naturalem restringens, atque his ipsis ut plurima moderna docent exempla ad morbosae potentiae nervosae genesim non parum contribuens, neque nimium ornatus philautiam luxuriosam excitans, sed simplex normalibus mutuis naturae individualis internae et externae rationibus adaequatus, stragula non multum calida, rusticatio in regionibus sanis montosis, habitacula sicca lucida, in omnibus mundities et non quidem scrupulosus sed naturalis ordo, aeducatio salutaribus gymnasticis corporis exercitiis non praetervisis sub forma gratarum nec atroci coactione ultra modum refrenatarum, nec inepte exaggerata regentium benignitate ad nauseam mox perductarum, verum per eorumdem iustam amicitiam ad fortiter potius quam tenere gaudendi facultatem semper ultro conservandam prudenter temperatarum animi distrac-

tionum; functionum omnium vegetativarum et animativarum debita cura, somnus non sponte decurtatus, ast nec ignaviae concessio, balnea moderate frigida, infantibus praeprimis adultioribus ab Huxham et Tissot (Avis au peuple. Chap. 27. p. 465—467.) valdopere recommendata fluvialia marina, sub cautelis nunquam negligendis psychrolusiae cum frictionibus cutaneis, pro re nata parca vini generosi rubri dosis, et alia cum levi stimulo roborantia convenient. — Eadem etiam pro parte in debilitate cum erethismo arterioso salutaria erunt. Ceteris autem cum fructu substituentur: cibus tenuior vegetabilis potius quam animalis, animi corporisque motus magis refrenati, domicilium in regionibus humilioribus et litoralibus melius quam in elevatis, solers omnium maiorem orgasmum in sanguine provocantium potentiarum evitatio, prolixior aquae bonae recentis vel et saccharatae usus, pro necessitate potus refrigerantes saliti alcalini aciduli etc.

Si vitia organica ad Paedopneumotetanum facile contribuentia in prolibus occurrant, ante omnia sedulo disquirendum erit, an non incuria et perversa proles — tamquam in relatione ad proprium pondus insigni te-

ncritudine musculorum et ossium insignitas — vestiendi gestandi, ad varios labores applicandi consuetudo mage quam morbi peculiares caussam harum abnormitatum singularem sibi ceteroquin curam exposcentium in se recludant.

In reconvalescentia e morbillis et angina membranacea, emollientia paregorica, residuam in organis respiratoriis sensibilitatem et irritabilitatem excedentem temperantia, secretiones proficuas leniter incitantia; in colluvie primarum viarum cathartica solventia etc.; — in morbo verminoso eadem et anthelminthica; in scrofulis exanthematibus et plerisque morbis diversa ratione caussare Pneumotetanum idoneis cuilibet adaequata propria medendi methodus suam sibi hoc respectu dignitatem vindicant.

Quo magis autem e perspectis disponentibus momentis Pneumotetanus in antecessum metuendus est, eo magis quae eundem provocare possent omnes evitandae sunt occasiones; inter quas praeter superius iam adnotatas commemoratione dignae esse videntur: ludi effrenes sub dio frigido praesertim si spiret asper Aparctias aut subsolanus, habitacula humida recenter dealbata, resectio ca-

pillorum tempestate adversa, indusia lintea mentaque humescentia, tempore hyemis cubilia noctu refrigerata, thoracis constrictio conquassatio, pulveres et vapores arteriam asperam topice irritantes, varia normalem sanguinis metamorphosim depravantia effluvia suffimina, oppletiones ventriculi, et inprimis lac nutricis vehementioribus animi adfectibus corruptum etc.

Quodsi verum e nefasto momentorum nosogeneticorum coitu Pneumotetanus in germine iam suspiciosis tussiculationibus, carebaria, athymia, anxietate, cacophonia, tensivis in pectore sensationibus, agrypnia, dyspnoea, et aliis plerisque spasmos ordinarie praecedentibus symptomatibus periculosam suam minitetur evolutionem, nil intermittendum est ut tanto facilius quanto ocius immanis vitae hostis in incunabulis suffocetur. In hunc scopum postquam amovenda omnia quae morbo ulteriora praebere possent nutrimenta sollicite fuerint amota, vitam praeprimis in organis periphericis turbatam ut singulus quisque pro se casus indicabit, iam potu theato copioso, derivantibus, epispasticis, sanguinis depletionibus solventibus, purgantibus, emeticis, iam diaphoreticis et

stimulantibus, iam psychrolusiis cum subsequis abstersoriis frictionibus, iam balneis calidis saponaceis aut lixiviosis iam et opiatis etc. liberare ad operam salutiferam incitare, atque his omnibus hypersthenicam in atmosphaera nervosa intentionem alterare, confi cereve per activae vegetationis expensas iuvabit.

Ast propria, si morbus tanta iam coeperit incrementa ut Pneumotetanus sit manifestus in eundem compescendum instituitur therapia. Haec autem tamquam semper et ubique aetiologiae suae directe opposita esse debebit analytica quatenus aetiologia synthetica est. Quare et ut Pneumotetanum adgrediens Naturae minister efficaciter et eo facilius impugnet, eundem ante omnia pro suo posse primo reddere simpliciorem, eidem media detrahere, atque sic aliquibus adminimum iam armis exutum etiam ab hostilibus suppetiis defendere debellandum conabitur *). Certo

*) »So viel sieht man wohl leicht ein« inquit Haase (Chron. Krankh. Bd. 2. S. 47.) curam Paedopneumotetani exordiendo »dass der Arzt bei dieser gefahrvollen und so schnell verlaufenden Krankheit es nicht damit zu thun haben kann, die praedisponirenden und erregenden Momente derselben besonders zu berücksich-

parum saepe et saepius nihil si non in peius optimis quibusvis pharmacis proficiet is, qui, quae offeruntur immediate corrigenda, uti: conclave nimis aestuosum, exhalationibus nocivis refertum, lectum aegri aëri perflanti expositum, ligaturas et involucra constringentia, inconcinnas circumstantium iam e vana superstitione, iam et ex inepta misericordia, iam et ex improba negligentia promanantes machinationes, et alia singulum quemque casum inimice comitantia non curaverit antea. Praeprimis autem solerti ab omni vel levissimo refrigerio defensioni prospiciendum erit, et quod in iunioribus praesertim infantibus sat difficulter attingitur corporis animique quieti; enimvero iam secundum Hippocratem (Epid. Lib. VI. Lect. IV.) „Difficultate spirandi laborantibus clamore atque praecipiti iracundia abstinendum.“ — Tum primum si haec omnia pro viribus immediate fuerint et in accessu ipso procurata, absque mora et eo ipso tempore mediatum cum reliquo morbo proelium ineundum est. Igitur analysando conti-

---

tigen. Sein ganzes Bemühen muss einzig dahin gerichtet seyn, den Krampf der Respirationsorgane zu heben.«

nuo morbum iam nunc in praecipuis suis et qui praeprimis compesci debent factoribus adorimur.

Praeprimis enimvero rationem morbi principalem, et quidem iam turbas e vitiis organicis iam inflammationem, iam exanthema, gastrismum, helminthiasim, hydrencephalum, choleram, febrim, et quorum symptoma Pneumotetanus esse potest, si fuerit Paedopneumotetanus symptomaticus diversissimos morbos singulum quemque secundum propriam suam naturam componendum adaequato tractamine pergimus. — In Pericarditide Puchelt hirudines ad regionem epigastricam, interne nitrum, acidum tartricum; in seriori morbi stadio muriatem hydrargyri mitem; in casu vero quopiam singulari nervina si forent necessaria: acidum hydrocyanicum vel aquam laurocerasi; Moschum vero tantum ad maximum debilitatis gradum et ad convulsiones in ultimo morbi stadio qua palliativum adaptat, neque negligit Methodum derivantem per alvi promotionem, nec non in ulteriori morbi decursu per rubefacientia et epispastica. Steffens (Hecker: lit. Annal. B. 3. S. 331.) Nitro Digitalim adsociat.

Hinc autem et propriam qui iam est, aut qui e morbis eundem ut symptoma praeseferentibus profligatis remanet Pneumotetanus idiopathicus therapiam praetendit. — Itaque si nihilominus Pneumotetanus idiopathicus adhuc fuerit complicatus, cum — quatenus iam ad idiopathici simplicis diagnosim et prognosim pathologico - iamatologicam indicantem penitius concipiendam non parvum ingenii acumen, ad curam porro maior attentio studiosa, conamen indefessum et ampliora media requiruntur — eo ipso non exiguas saepe difficultates involvat; hae necessario longe magis insuper increscent si morbus is periculosus adhuc fuerit complicatus. Tunc autem proprimo semper erit respiciendum quamnam, an forte nullam vel saltem quidpiam remotiorem morbi simpliciter complicati cum Pneumotetano foveant affinitatem, tum et utrum hi morbi insimul, vel potius alter prae altero praesertim sint conficiendi, atque sic quomodo sit propter vitia organica, haemoptisim, encephalitidem exanthema, hydrothoracem, gastrismum, helminthiasim, siphilidem, rhachitidem, phthisim, icterum querceram etc. diversimode agendum.

Quodsi vero Pneumotetanus idiopathicus in intimo cum morbo quodam complicato degat connubio, tamquam sympathicus iam curam magis determinatam expostulat. — Communissimum est ut praeter spasmum adsit inflammatio catarrhosa; quam refrigerium praegressum, oppressio pectoris, respirationis difficultas et acceleratio, tussis, febris cum horripilationibus vagis et alternante fugaci calore, turgor universalis adauctus, virium vegetativarum exorbitantia e pulsuum conditione desummenda luculenter demonstrant. Tunc autem urgente necessitate, si nempe in individuo vigorato tempore brumali, etiam extra paroxysmum respirium anhelosum, breve, valde citatum, halitus aestuans, notabilis ad encephalon congestio, orgasmus, febris comes angiosthenica, pulsus accelerati fortes pleni aut plane suppressi sunt synochae catarrhalis adinstar, statum hunc sanguinis depletiones, ipsa venaesectio, vel et hirudines ad foveam iugularem applicatae, vel et derivantes cucurbitae non solum instantanee corrigere, sed etiam ad stases in vasis pulmonum reserandas plurimum contribuendo, suffocationis periculum etiamsi spasmus superveniat imminuere, itaque remediis antispas-

modicis fors indicatis viam sternere solent. Tenerioribus quidem infantibus in pectore iam aliquot sanguisugae phlebotomiae vices agunt. Alias saltem indicantur relaxantia, refrigerantia, alviductiones eccoproticis procuratae, praesertim ubi alvus segnis est abdomen plenum flatulentum. In hunc scopum — exmissis acidis — magnesia muriae, manna, sal amarus, tartarus tartarisatus, sal Seignetti, Calomela, acetas lixivae, sal Glauberi, nitrum, et charactere inflammatorio minus praevalente senna quoque vel rheum bona praestant servitia. Emeticorum usus, quem in Asthmate periodico infantum aeque ac in angina polyposa commendat Lentinus (Beitr. z. ausüb. A. W. Lpz. 1804. B. 3.) aliquam deposcit circumspectionem, siquidem in primo exordio nonnisi, tum autem nonnisi fracta phlogosi salutaria fieri possint. Cum antiphlogisticis persaepe bene iunguntur et diaphoretica; inter quae praeplacent: acetum ammoniacale, oxymel squilliticum, vinum antimoniatum Huxhami, cataplasmata, balnea tepida etc. Ut autem nonnunquam cutis quae cum membranis mucosis tam arcto iungitur vinculo, et in omne systema nervosum adeo potentem exercet influxum, in functionibus suis,

transspiratione praesertim et electrici conductione eo melius reguletur, diaphoresi pertinaciter suppressa, calore ad urentem manui tangenti inamoenum mordacem accedente, praesertim si nec phlogosis maior, nec activa ad encephalon congestio vetaret, lotiones cum aqua egelida, vel si cutis sicca minus caleat cum aceto mediante spongia velociter instituere, tum autem corpus leviter perfricando bene abstersum, vel vero secundum Prisnitz linteis frigida madefactis simpliciter involutum lecti tepore fovere, tractamine in casibus analogis semper aegros grate reficiente, sudorem amoenum invitante conduceret. Symbolam praeterea suam contribuent diaeta tenuis, decocta emollientia tepide sorbillata, vaporum inhalationes etc. — Remittente virium arteriosarum exuberantia ad alterantem salem ammoniacum vesicantia unguentum neapolitanum, Autenriethii accedendum est et praepedienda hypoclepsis lymphatica. (Cavendum tamen ne tartarus emeticus externe partibus applicetur quae ossa habent immediate dermati substrata v. g. sternum, quum saepius iam exinde ominosa caries progressa sit. Ad sanationem ulcerum hinc exortorum laudantur fomenta e Decocto herbae

Cicutae). Tum autem interdum etiam ad internas tartari stibiati doses refractas, forte cum aliqua particula Ipecacuanhae vel opii, atque iam interdum etiam ad Moschum, porro si labantur vires ad infusum senegae arnicae, camphoram etc. confugiendum.

Curam Paedopneumotetani sensu stricto sumptam i. e. Curam Paedopneumotetani simplicis idiopathici perlustrandam denique suscipientes, inprimis in quaestionem: „an medicata huius morbi cura necessaria sit?" offendimus; dantur enim medici qui omnem fere morbum naturae medicatrici committere monent. Ast si iam et alias, hic certe praesertim tritum eorumdem adagium „Nullum remedium optimum est remedium," cane et angue peius habendum est; quin imo potius acute cogitandum et strenue curandum, morte punit error et residia.

Ut autem quid agendum sit eo melius concipiatur curam animationis a cura vegetationis antagonistica distinguendo praemittimus. — Quod animationem idealem attinet, quantum in morbis comparandis adfectio animi diversa, vel saltem excitata diversa attentio, oblivio adaequatis distractionibus inducta, praeprimis autem sub benevolo medici

aestimio valeat amica fides quotidiana docet experientia; Paediatro praesertim eo maioris momenti, quo magis ipsa iam Naturae lex tenerrimum amorem pro universa prolium cura necessarium inculcat. Habere hinc et procurare medico aestimium et fidem amicam oportet; nam eatenus ipse iam est generale medicamen naturae conveniens vel adversum, nullatenus absque maximo aegroti damno negligendum.

Proxime respicientibus Autocratiam reminiscendum est quod ipsa fibrae muscularis actione conficiatur animationis ubertas; quatenus exinde non requireretur, criticam hanc actionem nec inepte refrenare, sed potius pro necessitate solum temperare modificare dirigere liceat. — In horum consensu Richter saltem abstinendum a fomentationibus et unguentis nimium irritantibus, cum haec anxietatem adhuc adaugere videantur, ad summum nuchae, suris, sinapismum minus acrem imponendum, et infantem in situ suo valdopere nonnunquam insolito non obturbandum esse suadet durante paroxysmo.

Quatenus omnis animatio magnetica est, eatenus etiam probabile, quin imo indubium

apparet quod ad eandem moderandam Magnetismus praeprimis contribuere possit, adeo ut etiamsi in quibusdam vel plane plurimis experimentis ad morbos comparabiles eapropter institutis pio hucdum non responderit desiderio, insufficiens vel et perversa magnetismi efficacia minus, quam potius talis cognitio moderandae vitae et moderantis magnetismi, is itaque pro quodam huiusmodi singulari scopo neque bene combinatus inculpari merito debeat. Interim non pauca prostant exempla egregia praestantissimum eius effectum in morbis omnino similibus demonstrantia. Quo spectat prae ceteris virtus electricitatis in tussi convulsiva asthmate spastico etc. comprobata. Huc aliquatenus etiam quae in morbis aequiparandis miram saepius et multis incredibilem fecerunt medicinam manuales corporis aegroti contrectationes et frictiones cutaneae in Paedopneumotetano ipso non parum laudatae referuntur, praesertim si pro ratione comburentis vel acidae vel planetaris animationis cum remediis combinentur principio solari vel basico vel phlogistico potentibus etc., vel etiam bonis electrici conductoribus, lotionibus, fomentationibus,

balneis pro re nata minus aut magis calentibus praeprimis Stützianis, etc.

Spasmus tamen naturae suae consentienter quam optime pertractandus tamquam in vita non solum sed etiam in organisatione consistens, huius ultimae peraeque non ultimum habere iubet respectum. Itaque fibras strictas emollire relaxare, siccas irrorare lubricare, atomos organicos se vicissim adigentes maiori permeantium affinitate divellere, viribus eorumdem exuberantibus materiam lenientem suppeditare conamur; et in hunc finem procuramus Atmosphaeram moderate caldam, quietem in lecto, balnea tepida emollientia saponacea, secundum Brehme (Allg. mediz. Annal. 1828. S. 447. u. 454.) balneum universale vaporeum; — et si balneis repugnet vi ceteroquin nunquam adigenda proles — eiusmodi fomentationes, cataplasmata, vesicas iuxta Hippocratem (De morbis Lib. 3.) calida ad dimidium repletas collo inponendas, unguenta e substantiis organicae materiae homogeneis, textum facile penetrantibus confecta, litus oleis blandis calidis in collo praeprimis iuxta laryngem et tracheam in thorace et in abdomine institutos, enemata similia, potum tepidum largio-

rem emulsivum mucilaginosum *), uti: Decoctum tenue farinae seminum lini, herbae et radicis Altheae, radicis Liquiritiae, emulsionem Amygdalarum, seminum Papaveris, cum syrupo Liquiritiae, capillorum Veneris, aquam cum remixto lacte, vel cum vitello ovi et Saccharo, etc., talia quoque nutrimenta, praeprimis autem, si concedat aetas, similium vaporum inhalationes.

Id vero quod remediis vix enumeratis directe procuratur, adaequatae corporis pro ratione suarum partium adfectarum conte-

*) P. Frank (l. c. p. 176.) inveteratum Asthma in adulto postquam fortissima iam quaeque remedia sine ullo propinasset fructu derepente sanavit mixtura gummosa. — J. F. Osiander (Volksarzneimittel. S. 169.) Helices pomat. in Decocto Cerevisiae contra Pertussim commemorat; contra quam et rusticani Saxoniae inf. Limacem rufum cum Saccharo quo pro maxima parte in mucum resolvitur flavescentem, omni nunc adhibent. Huius quoque remedii bonum effectum autor ipse vidit. — Bledeau (Rust. Mag. B. 24 S. 493.) peraeque contra pertussim succum e limacibus atris cribro impositis et Saccharo inspersis obtentum cochleatim exhibendum laudat. Quam viscum, radix Paeoniae, gluten animale etc. in morbis comparandis sibi procurarunt famam notum est. Talia vero remedia aliquam etiam suae virtutis partem in nausea recondunt, quam praesertim consuete devoranda movent.

ctationes insimul efficere quodammodo valent indirecte. Quae si communiter in morbis spasmodicis et saepe stupendas sublevantes ostendant vires, harum unum saltem momentum in eo recondunt, quod simulac organa spasmo correpta comprimuntur ab extus, in oppositione mechanicae huius adactionis interna vitalis evigilet spasticam quoque contractionem interrumpens abactio. Hinc autem et explicatur instinctus quo aegri adprimere se ad circumstantes res involuntarie feruntur.

Ast non tantum quatenus in animatione pro se, verum etiam quatenus in eadem tamquam vegetationi — cui ceu fundamentali totalis innititur — polariter opposita se manifestat spasmus radicitus est pertractandus. Nonnihil inprimis propterea di-stinguendum est. — Quemadmodum autem ex una polaritate aeterna in distinctis per praeordinationem et subordinationem ad infinitum progredientibus ordinibus enascitur uni-versa rerum di-versitas; atque nil nisi generalem hanc oppositionem non tantum sub harmonico in definitum individuum universae naturae concentu, verum etiam sub eiusdem quacunque tam caussali quam effectuali dissensione se se semper et ubique manifestantem

distinguimus, ita quoque necessario nonnisi generalis eadem haec oppositio in proposita vegetationis animantis forma omnis distinctionis rationem includit.

Quatenus ergo Spasmi noctu praeprimis et ubi viget vegetatio, vel de die et quando dominatur animatio, tempore hyemis vel aestatis atque secundum oppositas etiam lunae phases, in robustis plethoricis vel macilentis nervosis, e manifestis vitae vegetativae affectionibus vel ex indubiis animi pathematibus, cum pupilla dilatata vel contracta, quos oborta febris exasperat vel componit, in prolibus et feminis vel adultis et viris etc. etc. sub eodem schemate nonnunquam occurrunt; eatenus etiam in Paedopneumotetano fundamentalem eius vegetationem in magis et minus phlogisticam a norma deflectere constat. — Praeprimis tam ordinis naturalis, quam infantilis, utplurimum feminei quoque subiecti titulo medicinam antiphlogisticorum ope molimur. — Et quidem vegetationem iusto magis phlogisticam inculpandam quatenus materiae organicae innititur materialem duplici ratione compescere valemus, una scilicet materiam organicam destruente et altera detrahente. — Quod priorem attinct si quavis

laesione mechanica mortificationem organicae materiae subiectae induci demonstret omnis experientia, non tantum eo ipso, verum etiam potentissima praesertim alteratione, qua fit ut in proximis iam temporis momentis vicinae partes organicae rubere dolere calere tumescere pergant, oeconomiae vitali pro topico hocce vegetationis exaltatae processu vis et materia subtrahitur. Quae in affectionibus spasticis omnino, praesertim et remediis epispasticis praemittendae suadentur fortiores et ad rubedinem usque protractae corporis frictiones mechanicis laesionibus accerseri merito debent. Abhinc quodsi iam per alterationem topica metamorphoseos incitatio producta sit, eo magis nunc curandum erit, ne sub tanto qui Pneumotetanum generare valet vegetationis in hyperbiosim influendi nisu, nunc ad eundem adhuc contribuat topica haec irritatio — cum e levissimis quamquam vulnerationibus, praesertim sub quibusdam faventibus conditionibus, et inter has iterum praeprimis sub aëris corrupti radiorumque solarium influxu horribilem propululasse referant Autores tetanum universalem.

In hunc scopum ergo talia convertuntur remedia quae materiam organicam in irrita-

tiva symphoresi chemice porro destruere vel etiam tamquam phlogisticam neutralisare valent qua caustica rubefacientia. Non absque fundamento remedia haec in tenero infantili organismo Richter veretur; sine dubio sub proximo vel iam perstante paroxysmo, eundem tamquam alterantia efficacissima i. e. pro ratione principii vegetationis subacti principium animationis intendentia, citius inducere et exasperare valent; quae tamen eo ipso sub cessatione paroxysmi ad vegetationem oppressam liberandam, animationis autocraticae in crises directionem suffulciendam, omnia colatoria reseranda, praeprimis autem ad sudorem universalem producendum quam potentissime contribuunt; eo insuper salutaria, quod pro topicae quam progignunt irritationis ratione, in cetero proximoque praesertim organismo vim et materiam subtrahant vegetationi, cuius itaque ulteriorem etiam influxum in animationis exuberantiam eo ipso et pro posse saltem suo cohibent. Richter illa magis timet in larynge quam in pectore; et non absque ratione, siquidem laryngis irritationem in pectore derivare in larynge vero adlicere possent. Interim etiamsi revulsio haec foret magis considerabilis a superficie-

bus et organis internis nonnunquam saltem eo potentius revellere liceret quo propiores partes externae revulsionem susciperent; distantiae tunc per ipsum irritationis internae gradum quadamtenus definiri possent. In pectore quidem vel ad Sternum applicantur vel inter scapulas. Stiebel superius adductae theoriae suae de natura morbi innixus in magis chronicis casibus Atlanti esse docet admovenda. Boër (7 Bücher d. natürl. Geburtsh.) et Neumann forma circuli non ultra digitum lati partem perfecte ambientis pro necessitate loco movendi remedia haec longe maiorem exerere depraedicant efficaciam; omnino tum ad alterationem multo maiorem producendam minor irritatio topica evadit necessaria, cum organa multo potentius alterare debeant si in ambitu horum remediorum fuerint ipsa, quam in ipsorum ambitu si fuerint remedia. In hunc scopum et balnea et lotiones et pro maiori adhuc meliorique derivatione semicupia vel pediluvia institui possunt; horum in locum Goelis ad refrigerium evitandum commendat pannum laneum (Flanell) adhibendo liquido v. g. decocto seminum sinapis impraegnatum tamquam involucrum.

Detractio materiae plasticae in genere vel solum relativa est, vel vero perfecta. Sicuti destructio mechanica et chemica, detractio peraeque duplex materialis scilicet atque dynamica conceditur. Revulsionem vel detractionem humorum relativam dynamicam partim iam rubefacientibus vix perlustratis v. g. sinapismis ad brachia suras adplicatis etc. partim autem et praeprimis adminiculo caloris consequimur; quem cum madore praesertim et vapore emolliente copulatum hac intentione in partibus remotioribus, ergo in extremitatibus sub diversis inter praemissa facile iam inveniendis formis ordinamus. — Pro revulsione humorum relativa materiali alterum peraeque non contemnendum remedium quod saltem ad alias affectiones spasmodicas magnam suam multoties comprobavit efficaciam invenire possemus in cucurbitis pro lubitu et necessitate multum potenter et cito revellentibus.

Sed dum ex una parte quibuscunque remediis compescere materias plasticas intendimus cavendum etiam ne ex altera parte organismo ingerantur uberius; hinc victus correspondens esse debet parcissimus, fluidus tenuis e vegetabili regno depromptus, ad se-

cretionem alvinam contribuens. Potus autem e contra pro diluenda materia plastica atque requisito secretionum vehiculo suppeditando esse debet copiosior aquosus frequenter sorbillandus, propterea si lubet gratis etiam antiphlogisticis imbutus.

Eo tamen non obstante fieri potest ut sub decremento paroxysmi respiratio molesta maneat et pulsus suppressus, sub calore turgoreve quamcunque notabili criticae quoque secretiones admodum imperfectae solummodo succedant. Tum autem in proximis quidem momentis novum insultum non habemus metuendum, siquidem per praecedentem ipsum eius vires iam exhaustae sint, quin imo nonnisi reliquus animationis in vegetationem influxus ultimam hanc exaltat adeo, ut iam nunc plane vires eiusdem suppressae non solum tamquam adductorum symptomatum caussam recludentes, verum etiam tamquam ad futurum quamvis remotiorem adhuc paroxysmum iterum et eo magis conspirantes inculpari merito debeant. Quid faciendum? — An cautae praesertim repentinae sanguinis depletiones suppressas vires liberando saluberrimamque alterationem inducendo crises movere non possent adeo exoptatas? — absque dubio

saltem exinde alterationem apud infantes in genere maiorem, sed eo ipso etiam maiorem — dummodo fuerit in bonae naturae consensu — possumus sperare medelam. Hinc autem etiamsi Rushio (Diss. on the spasmodic asthma of children. p. 169.) quatuor genera remediorum, scilicet: Sanguinis depletiones emetica purgantia et antispasmodica in Paedopneumotetano statuenti, propterea quod experientia methodum antiphlogisticam in hoc morbo deleteriam esse pluries ostenderit, plurimi tergiversentur Doctores; non dissimulandum est quod saltem inter remedia metasyncritica et metallactica sanguinis evacuationes quoque suum nonnunquam invenire possint tempus et locum.

Nonnunquam interim si molimina critica venerint in conspectum eadem vel levissimo quodam afflatu firmare promovereque non intermittemus. — Sic si pulsus fiat dicrotus et facies rubra turgida, scintillent oculi lacrymantes rubri suffusi velut inflammati, doleat caput et caleat, vibrent carotides, sternutet aeger frequentius, profluat e naribus fluidum tenue, vel et aliquot sanguinis guttulae, potius instantem epistaxim per vapores naribus attractos; — si cute aliquantulum sicca per-

stante compareat sitis, lumbago, fors modicus etiam partium genitalium ardor, criticum urinae fluxum cataplasmatibus calidis ad regiones organorum uropoëticorum admotis, potu copiosiori cum aqua petroselini, foeniculi, decocto Ononidis spinosae, oxymelle squillitico etc; — Anacatharsim expectorantibus lenioribus antiphlogisticis stibiatis; — diarrhoeam, quam peculiaris labii inferioris tremulus motus, loquela balbutiens, lingua humescens, flatus, borborygmi, tormina nonnunquam praenunciant, clysmatibus et eccoproticis remediis promovere intendemus, semper tamen bonae naturae nutum respicientes, et eandem ubique, praeprimis autem in operationibus suis sudoriferis per inconcinnas vel et contrarias mediationes interturbare caventes.

Sudorem autem moderatum universalem, quem mollis undosus inciduus pulsus, urinae parcae, pruritus in cute aequabiliter calente parum tensa sensim mollescente communiter insinuant, pro re nata potu theato calido largiori v. g. infuso florum sambuci cum roob sambuci, oxymelle simplici, squillitico, vino antimoniali, aceto ammonicali etc., partim autem et ipso frigore pro necessitate producere valemus. Nec defuerunt inter antiquiores

et recentiores qui frigidam in Asthmate universim proposuerunt. Sic Caelius Aurelianus cataclysmum seu illisionem aquae et psychrolusiam utilem pronunciat. Etiam apud Smollet (Medical Transactions. V. 1. p. 22.), Floyer (Treatise of the Asthma), Baynard (History of cold bathing. p. 127.) et alios balneorum praecipue maritimorum ac repentinae in aquam immersionis efficaciam legimus decantatam, plura ibidem Asthmatum sanatorum specimina invenientes. Attamen id ob compagis infantilis teneritatem, nimiam erga omne frigus sensilitatem, animum invitum, et sub constrictione totius superficiei cutaneae maiores in pulmonibus congestiones producente, ob exasperandi quoque spasmi metum anceps in Paedopneumotetano sistere remedium contendunt autores. — Ergo ne frigus in Paedopneumotetano sub nullis conditionibus indicari potest? — an vero sub quibusdam etiamsi rarioribus? — Quid si se spasmi vis in pulmonibus confecerit cessante paroxysmo, ubi neque sequuturus in proximis momentis esset pertimendus, et sub tumultu reliquarum iam in vegetationem conversarum virium vegetativae pertinaciter se supprimant ipsae? quid si tum linteis aquae frigidae immersis obvo-

lutus aeger secundum methodum Prisnitzii stragulis bene obtegeretur calorem foventibus? an eo ipso vires vegetativae pro momento imminutae non liberarentur primo? atque secundo an eo ipso exaltata per alterationem animatio pro momento, maiorem sibi in crises non dare posset impulsum? quid si tum sub reactionibus saluberrimis non parum autocraticis prorumpente largo universali sudore, avide exoptatum recens generale vitae pabulum criticaeque materiae menstruum in aëre et aqua porro concederetur? — Procerto nec in omnibus nec in rarissimis casibus esset iniquum. — Brehme non absque ratione quod in therapia Paedopneumotetani semper nonnisi spasmum nunquam autem caussam eiusdem respexerint medentes obiicit; quae sicut et anginae caussa secundum hunc autorem consistit in alienatione morbosa functionis cutaneae. Contra hanc autem adplicatum esse vult balneum universale vaporeum, et quidem per 2—3 horas, pro necessitate iterandum eousque donec compareat sudor continuus; ad cuius sustentationem porro fomentationes calentes etc. recommendat.

Sed quemadmodum iam adnotatum est superius utplurimum desiderantur in Paedo-

pneumotetano sufficientes crises, ubi dein iisdem aliquatenus praesentibus nullatenus interrumpendis artificialiter addere tantummodo simile quid, absentibus substituere nonnunquam licebit. Ab illo tempore sane quo Joh. A. Schmidt ad curam Blepharospasmi secretiones artificiales et suppurationes in superficie cutanea persaepe tam multum valere demonstravit, harum salutarem usum etiam in aliis affectionibus spasmodicis multoties instituerunt medici. Sub quo respectu suppurationem stibiatam et vesicatoria praeprimis adducere hic loci quoque reperitur adaequatum.

Emeticorum et purgantium in Paedopneumotetano commemorationem fecit Rush (l. c.). Absque dubio si per alterationem potentissimam ad autocratiam excitata et in vegetationis centrum conversa animatio, si magna derivans ventriculi irritatio, si sub concussione universali profluens in omnibus superficiebus humorum uberrima secretio, si principii biotici maximi sumptus, si late patens et intima debilitatae vegetationis reparans metallaxis, si saepius in intestinis non praetervidenda pro remediorum efficacia receptivitatis praeparatio, si denique praeprimis mediante nervo pneumogastrico proxima ventriculi cum pul-

monibus affinitas polliceantur quod nullo remedio promptius atque penitius in bronchiis praevalens activitas plastica deprimi, secretio incitari, expectoratio suffulciri et spastica contractio resolvi possit: emetica, quae praecipue Jos. Schmidt ad spasmos neonatorum generaliter magnis laudibus extollit, veluti multoties in angina membranacea et tussi convulsiva in Paedopneumotetano peraeque saepius auxilium ferre procerto non recusabunt. Neque tamen propterea magnas interdum emeticis etiam occurrere controversias dubitamus; has inter praeprimis pro scopo nostro notatu dignae videntur, quas in inflammatione necdum fracta, maiori ad encephalon congestione, virium vegetativarum insigni collapsu, animativarum augmento iam iam ad Pneumospasmum abire minitante, nec non in Pneumotetano ipso cognoscere pronum est. — Emeticis non absimiliter agunt purgantia, nisi quod per subactionem principii vegetativi minus intensam, minorem etiam in nervis, nec amplius versus vegetationis individualis centrum directam, ast eo ipso — quod, si a purgantibus magis ac ab emeticis exaltetur functio cerebralis, comprobat — stabiliorem nonnunquam, pro ratione sic exaltatae animatio-

nis in organa intestino - genitalia definite magis reagentem alterationem producant. — Certe si Stoll et Gastricismi sectatores, si maximus purgantium encomiasta Hamilton horum remediorum ope tanta praestiterint, ut hodiedum desuper dubitent multi, hi saltem utplurimum materias eductas potius quam vitam omnium effectricem intueri solent.

Dantur interim adhuc revera potentiae quae magis intacta vegetatione materiali principalem suam efficientiam praesertim in vita vegetativa manifestant. Princeps absque dubio ipsa semper erit vegetatio, cuius repraesentator somnus pariter itaque pro moderanda vegetationis hypersthenia curandus. Tunc autem is nonnisi quatenus ad operationes criticas requireretur, secus autem non ultro quam pro refocilandis viribus fundamentalibus necessarium videtur concedendus, somnolentia continua adaequatis omnigenis sensuum excitationibus dispellenda, atque sub somno ipso infans ut ad levissimum quodvis insomniorum symptoma modo miti excitari possit solerter custodiendus esset. Sane ad huius rei magnum valorem comprobandnm solum meminisse iuvabit, quod ad vegetationem animalium quorumvis deprimendam, et

mediante hac ad ſerociam eorundem animativam quoque cicurandam nihil potentius contribuat quam inedia, protractae vigiliae et clima frigidius.

Consistit revera omnis vita organica in suo iam strictiori iam latiori caloris gradu; qui desuper est eandem incitando, sicuti gradus inferior directe cohibendo debilitat, vel etiam exstinguit. Hinc autem fluit quod frigus — quatenus animationem, tamquam in partialiter depressae vegetationis oppositione definita sitam, eo ipso reddit praeponderantem; eandemque pro recuperandis autocratice partibus frigore correptis, partes reliquae incitato suae vegetationis in animationem influxu longe magis adhuc adaugent — animationem, et mediante hac vegetationem quoque, et ad veram inflammationem usque alterare valeat non solum; verum etiam quod in progressiva reactioni vitali superiore frigoris continuatione, postquam vires animativae semet in tremoribus et spasmis incassum iam exhauserint; hae per infractam vegetationem amplius restitui non possint. Hinc autem et promanans somnolentia tamquam universalis languor vitalis, a somnolentia vera tamquam solo animationis languore distingui

debet ita, quemadmodum a somno mors. — Sed pro vegetationis luxuriantis in hyperbiosim influxu remedia quaerentibus quid obvenire posset magis adaequatum, quam quod certum huius languoris gradum procuraret, et alterantibus morbi reactionibus absolutis, eundem intensitate limitata non adeo, quam potius pedetentim pervadente et eo certius contrariam alterationem evitante extensione, utrumque vitae factorem refrenando conservaret, regimen scilicet frigidiusculum? — Interim „Quid fieri soleat, quid oporteat, in universum et mandari potest et scribi: tale consilium non tantum absentibus, sed etiam posteris datur; illud alterum, quando fieri debeat, aut quemadmodum, e longinquo nemo suadebit: cum rebus ipsis deliberandum est.“ (Seneca)

Antequam pharmaca hoc scopo iam nunc adgredimur singillatim contemplanda generaliter animum convertimus in Jahnii praestans effatum: quod scilicet in hoc morbo nominatim nulli specifico laudato tamquam unico remedio fides omnis tribuenda sit, quodve potius nullum antispasmodicum comprobatum nostrum fugere debeat visum. Sane nullum e notabilioribus pharmacis existit revera,

quod semel unquam antispasmodicam non demonstrasset virtutem; morbus solum et pharmacodynamismus quam exactissime noscendus atque combinandus est ut accurate definitam pro singulo quolibet remedio nanciscamur indicationem, itaque simul etiam pro quolibet in Systemate *) iamatologico

---

*) »Die philosophischen Systeme« — (»Censeo vero quod de Natura hominis manifestum quidpiam cognoscere non aliunde possibile sit, quam ex arte medica; quod quidem facile erit penitus nosse, si quis ipsam Medicinam uni-versam probe complexus fuerit.« — u. a. a. O. »Principium sit mihi compositionis (Συστημα vero est a συν et σταω, sto, maneo, hinc ἱστημι statuo, erigo, sisto, cohibeo, colligo) eorum quae perpetua sunt in arte medica. Non enim possibile est morborum naturam cognoscere, si quidem artis est invenire, nisi quis noverit artem in di-visibili, ex quo in principio discreti sunt.« — Sagt Hippocrates schon in der Kindheit der Medicin — und das ist ein grosses Notabene für die sogenannte hippocratische Medizin. —) — »Die philosophischen Systeme« also »die von ihren Verfassern für andere erfunden und als Feigenblätter oder des Zanks und der Schau wegen aufgestellt werden, gehen vernünftige Leute eigentlich gar nicht an. Die Philosophen aber die nach Licht und Wahrheit forschten für eigenes Bedürfniss, und um sich den Stein der Unwahrheit der sie drückte vom Herzen zu schaffen, gehen andere Menschen eigentlich und sehr nahe an. Auch wo sie irrten und verunglückten, irrten und verunglückten sie auf dem

clare patentem locum. Omnium attamen pharmacorum dynamismum explanare quam ex-

---

Bette der Ehren. Denn wenn du den Trieb zur Wahrheit und zum Guten im Menschen nicht ehren willst, was hat er denn noch das du ehren mögest?« — (Zwei Recens. in Sachen der Herrn Lessing, M. Mendelsohn u. Jacobi. Hamb. 1786.) Und wie vielen Aberglauben haben nicht Copernicus' Moos und ihres gleichen wirklich schon vernichtet? — so kann es ja, so soll, so wird, so muss es endlich sich ereignen auch in der Medicin; unaufhaltsam schreitet sie ja zur Vervollkommnung; — der höchste Zweck dieses wirklichen Fortschreitens, und wenn er selbst dem Menschen unerreichbar wäre, wo könnt er anders sein, als in der wissenschaftlichen Vollendung eines wirklichen Systems? — System an und für sich ist ja nichts anderes als das ordentliche Verhältniss der in ihrem Zusammenhange und in ihrer Folgerung wesentlich beständigen Natur; — darauf allein begründet sich ja selbst auch die Vernunft; — was hätte man folglich von einer verwerflieben Beurtheilung des höchsten menschlichen Characters in der Systemsucht, und der Systeme selbst zu halten? — »Hanc video sapientissimorum fuisse sententiam, legem neque hominum ingeniis excogitatam, nec scitum aliquod esse populorum, sed aeternum quiddam, quod universum mundum regeret imperandi prohibendique sapientia.« (Cic. de legg. II. 4). Zur Vollkommenheit soll trachten nach seinem Vermögen ein jeder; und wenn es wahr ist dass etwas ohne Grund weder bestehen noch gedacht werden kann, so müssten die entdeckten Gründe selbst im Wahnsinn für den echten Forscher nützlich sein. —

actissime, in tenui hac inaugurali Dissertatione de Paedopneumotetano nemo postulabit; talia procerto spectant ad maiores paginas. Hic tantummodo secundum altiora principia in enumerandis praecipuis vel et in Paedopneumotetano iam exploratis ordinem aliqualem prosequi nitor, cetera quaecunque necessario supponens.

Borax, — huius sicut et acidi boracici (salis sedativi Hombergi) virtus nervis amica a practicis praesertim antiquioribus laudatur.

Alcalia suam in plerisque morbis spasmodicis magis iam affirmatam virtutem in Paedopneumotetano quoque vindicant; ubi maximo cum emolumento Goelis (Hufel. Journ. B. 60. St. 3. S. 67. — Vorschl. z. körperl. Erz. d. Kinder. 2. Aufl. 1823. S. 168.) et alii complures ordinarunt balnea lixiviosa.

Magnesiam, conchas, lapides cancrorum in diversissimis infantum affectionibus bona saepius praestare servitia notum est.

Calomelam, de cuius virtute in morbis etiam spasmodicis multoties experta dubitare foret insensatum, in Paedopneumotetano proponit Autenrieth (l. c. B. 1. H. 1. S. 51.).

Vinum emeticum contra hunc morbum commemorat Haase (l. c. §. 47.). Pollere au-

tem tartarum emeticum in morbis spasmodicis eximia virtute me saepius iam proprii edocuerunt oculi; atque utinam etiam in Paedopneumotetano explorata melius eiusdem nosceretur efficacia, infantilis aetas et nervus pneumogastricus certo non promittit minorem; in tussi convulsiva sub forma celeberrimi unguenti Autenriethii, secus etiam pro usu interno (Tourtual. Pract. Beitr. z. Therap. d. Kinderkrankh. 1829. S. 99. — Laennec l. c. T. 1. p. 190. — Elissen in Hufel. Jour. B. 56. St. 6. S. 69. — Uib. d. Anwend. d. Brechw. in Kinderkr. Harlesz: rhein. Jahrb. 1823. Juniheft. — Hufel. Jour. 1831. St. 1. Jan. p. 53.) magis quidem ac in Asthmate seniorum (Naumann l. c. B. 1. S. 639.) omnino iam depraedicatam. In hunc finem autem exhibendum esset remedium per epicrasim secundum tolerantiam aegri, adscendendo sensim ad punctum saturationis usque.

Flores Zinci a diversis autoribus in Paedopneumotetano recommendantur. Tincturam proposuit Stark.

Canthārides in nevrosibus non paucis decantatas, quibus etiam tetanum praecipue traumaticum Brown, Scheftall, Gardiner, Mease et alii, nullis quidem aliis remediis accesso-

riis quam praestantissime sanarunt; quas et Lettsom Millar Armstrong, inter Germanos praeprimis Lentin Schäffer et plures alii in Stadio pertussis tertio valde recommendant; ceterum etiam ad anginae reliquias proponit Vogt; in scriptis super Paedopneumotetano pro usu externo reperire licet adnotatas; Kreysig (De tussi convuls. et asthmate acuto infantum Millari. Witt. 1798.) internum earumdem in hoc ipso morbo fecit usum optimo cum successu. — Certe puerilis aetas, quam nimium metuit Joh. Ad. Schmidt, cantharidibus tam parum contraria est, ut easdem potius admittat, sicut id Hufeland in tenerrimis infantibus quibusvis pulcherrime iam demonstravit. — Tinct. canthar. recipi potest etiam ad unguenta.

E phlogisticae vegetationis arteriosae in animationem influxu naturaliter procedit in oppositione hyperbioseos vegetatio phlogistico-venosa. Sane si non pauci morbi sub una forma definita generatim complexi pro diversa sua ratione diversam integram admittant medicinae penum horum unus quoque Paedopneumotetanus est. Quomodo enim fieri posset ut morbus is ex una parte arteriosum phlogisticae vegetationis influxum in sua ratione

manifeste proderet, si nemo quoque desuper dubitat, et ex altera parte peraeque manifestam et nemini dubiam offerret vegetationis astheniam, et tamen in naturali transitu venoso-phlogisticam vegetationem intermediam agnoscere non posset? — Subsiliat quis quomodocunque, mea pace, mihi non est saltus in Natura.

Allii cepae saltem externum in tussi convulsiva non infrequentem videre licet usum ubi radicibus recenter discissis pedes vel et regionem epigastricam illiniri curant de bono huius tractaminis effectu edocti; peraeque armoracia et raphanus pro cute delicatula bene nonnunquam adhiberi possent in Paedopneumotetano tamquam epispastica (Wendt).

Substantiae vegetabiles eccoproticae, fructus acidulo dulces: rubi idaei, mororum, berberum, ribium, cerasorum, potus limonadae, hic loci notari merentur.

Autenrieth (l. c.) contra Paedopneumotetanum inter cetera remedia proposuit in clysmatibus acetum. Quodsi tamen autor anginam membranaceam a Paedopneumotetano non bene distinguens in utroque morbo medendi methodum eandem proponat, a veritate vehementer aberrat; nam in morbo phlogistico

cum arteriositate praevalente acida vel nunquam vel homoeopathica quadamtenus solummodo ratione suam nanciscuntur indicationem, alias in Paedopneumotetano quoque nonnisi sub conditionibus adeo restrictis. Ut itaque si praeclarus Goelis (De rite cognosc. et sananda ang. membr. Vien. 1813.) in angina membranacea diarrhoeam et excruciantia tormina provocantes clysteres aceticos ceu nocivos reiiciat, id sua sponte iam subintelligatur; qui tamen in Paedopneumotetano suo loco nec tantam diarrhoeam nec tanta progignere tormina, vel etiam his ipsis moderate productis vires vitales temperando et aliorsum convertendo fieri possunt omnino salutares — vulgo noscitur etiam vomitum effrenem persaepe componens acidorum virtus. — Ordinavit Autenrieth in decocto furfurum tritici unciarum 8, aceti cochlearia tot quot aeger numeravit annos, et iterata fuerunt haec enemata toties, quoties coepit incrementa febris, ter de die communiter, sed et omni hora nonnunquam, quin imo saepius. Si moderatus desideraretur effectus aceto substitui posset oxymel. — Herberger (Med. chir. Zeit. 1826. B. 1. Nr. 9. S. 142.). Paedopneumotetanum tantae fortitudinis et frequentiae ut coeruleo-rubra

tumida lingua plusquam per unum mensem pollice dimidio prominuerit ex ore (?) totoque hocce tempore praesertim de nocte recrudescentiam paroxysmi quin imo mortem exspectare vel omni hora semis fuerit discrimen, post frustra tentata remedia multifaria sanavit tandem aceticis exanthema prolicientibus lotionibus. — Scott ad venosam hepatis phlogosim et asthma ex accumulatione sanguinis in vasis pectoris maioribus et angiectasiis etc., balnea acida primus instituit. — Wendt in tussi convulsiva laudat pediluvia cum fortioris aceti septima parte.

Acidi carbonici virtus in diversis morbis pneumogastricis comprobata, praeprimis et antispasmodica est. Potiuncula Hulmiana, pulvis aërophorus Vogleri, Potio Riverii etc. vel etiam acidulae naturales in hunc scopum adhiberi possunt. Gas acidum carbonicum porro non spernendam applicationem ad cutem etiam externam admitteret (vide: Vogt. Pharmacodynamik. §. 1792.)

Chlorinae virtutem in adaequatis morbis infantilibus admiratione dignam esse refert Kopp. — Acidi muriatici — in dosibus quidquam maioribus testante Ferriar (similiter ut

acidum carbonicum) narcotici — magnam in nevrosibus efficaciam collaudat Neumann.

Aqua Hyssopi a Millario ad alia remedia tamquam vehiculum adiuvans selecta fuit. Oleum Schneider laudat in morbis pectoralibus, praesertim etiam in asthmate.

Naphtam vitrioli in Paedopneumotetano cum fructu adhibuerunt Engelhard (l. c.) et Loebenstein-Loebel (Erkennt. u. Heil. d. häut. Bräune d. Millar. Asth. u. d. Keichhust. 1811. S. 123.). Naumann ingruente vitae collapsu stragulum analeptico aethere bene impraenatum suadet tamquam involucrum. — Aetherem chloricum in specie medici complures Americani valde utilem invenerunt in Asthmate spasmodico.

In morbis periodicis praeprimis in intermittentibus pertinacissimis tum autem et in cardialgia epilepsia ballismo praestantes arsenici vires expertas habemus; Alexander in angina pectoris, Hill in cordis palpitatione ex occasione spastica, semel et Ferriar in tussi convulsiva *) salutiferum invenerunt Arseni-

*) Secundum Eberle (A. Treatise of mat. med. etc. 1822. — Med. chir. Zeit. 1823. B. 3. Nr. 71. S. 314.) Arsenico in Tussi convulsiva cum fructu utitur Americanus Klapp.

cum; quod sulfuratum iam antiquissimi Graeci serius et Arabes in morbis diversis praeprimis in asthmaticis cum fructu adhibuerunt. Antasthmaticum illud remedium nunc quoque Hungaris et Dalmatis praesertim autem Morlachis in usu est. Dioscorides et veteres complures contra asthma spasticum periodicum etiam, medicum commemorant Arsenicum.

(Secundum Kämpfer et Thunberg Bignoniam Catalpam medici Japanenses aestimant ut remedium efficax antasthmaticum. Laudat eandem etiam Brera; Professor Antonucci et plures Neapolitani comprobatam invenerunt; quam Dierbach et Richter acribus adnumerant. (?) —)

Si dissipata vegetatione phlogistica iam nunc in astheniae vegetativae oppositione stabilita sit hyperbiosis cura quoque Paedopneumotetani correspondenter in oppositam mutatur. Sane „In hoc sumus sapientes ut Naturam optimam ducem tamquam Deum sequimur eique paremus." — (Cicero). — Cum autem cura pro ratione vegetationis materiali in praecedentibus ita, sicuti nunc illa pro ratione vegetationis vitali naturalem sibi vindicet principatum, victus quoque pro ratione vegetationis asthenicae hic in sequentibus er-

go considerandus, cum cetero regimine diaetetico sit in naturali nullatenus separando nexu, pharmacodynamismi prosequimur ininterruptum filum.

Oleum Crotonis partibus externis infricatum, purgans quidem est incertum, constanter attamen provocat exanthema simile stibiato. In hac applicatione recentissime a medicis non paucis: Andral, Elliotson, Hutchinson, Schort, Landsberg, Romberg et pluribus aliis in morbis diversissimis et nevrosibus, in tussi convulsiva praeprimis autem etiam in Asthmate spastico valde recommendatur.

Hic loci neque praetervidendum est in morbis infantum adeo celebratum Rheum.

Senega in plerisque morbis pectoralibus in angina specialiter et in pertussi est comprobatae virtutis.

Hirschel (Hufel. Journ. B. 61. St. 6. S. 140.) Chininae sulfuricae granum unum omni bihorio propinando tertianam in quadrienni puero cum symptomatibus gastricis et comatosis brevi sanavit — atque praesertim notatu dignissimum in hocce casu reperitur id, quod semper immediate post assumptum remedium frigoris sensus et horripilationes per

aliquot minuta, tum per horam dimidiam aestus universalis, demum etiam lenis sudor itaque mitis paroxysmus febrilis successerit. — „Man rechnet gewöhnlich dass 1/6 aller Gebornen in den ersten Lebensjahren an Convulsionen stirbt, und ich glaube nicht zu viel zu behaupten, wenn ich sage, dass davon die Hälfte am Wechselfieber stirbt.“ (Neumann l. c. B. 3). — Rosenstein et Löbenstein-Löbel ob intermittentem pertussis naturam in illo morbo praesertim sibi laudant Chinam. — Ast quosnam illa morbos febriles et periodicos compescere valeat, in quibus indiscriminatim admodum saepissime recommendatur e pharmacodynamismo nonnisi penitius perspecto liquet. — In tussi convulsiva Chininae virtutem ad stadium morbi postremum ubi periodici quidpiam insignivit insultus etiam Richter expertus est; Excellentem autem etiam in Paedopneumotetano Wichmann. — Chininam infantibus praesertim prae China saepius adaequatam esse permulti comprobant medici. Villermay (Froriep. Notiz. B. 15. Nr. 21. S. 336.) eandem etiam in clysmatibus et frictionibus cutaneis; Lember et Lesieux (Archives generales de Medecine. Mai 1814.) methodo sic dicta endermatica in plagis cutaneis ope

vesicatorii epidermide orbatis, etc. Stibel corticem in balneis et fomentationibus adhibuerunt cum fructu.

Ad hanc remediorum seriem pertinere videtur etiam a Chaniac, Chabert, Harlesz et Americanis plerisque praeprimis in Cholera, praeterea vero in nevrosibus diversissimis nominatim etiam in Asthmate nuper adeo celebratum Guaco.

Commemorari meretur etiam in morbis spasmodicis praesertim infantum admodum decantata radix Artemisiae vulgaris. Propinatur secundum Tribeliensem Burdach vesperi cum cerevisia calefacta — scilicet sub adminiculis vegetationi faventibus. Dosi iusto maiori humorum effervescentiam, congestiones, diversas affectiones nervosas, vertiginem, spintherismum etc. progignere valet; quod ipsum ergo praesertim apud infantes nunquam est obliviscendum.

Huc spectant etiam folia aurantiorum viridia tamquam in diversis morbis spasmodicis optimo cum successu saepius iam explorata.

Acidum hydrocyanicum in morbis pectoralibus laudem praecipuam undique obtinuit. Vogt (l. c. §. 353.) illud recommendat in ca-

tarrho spastico; Henning (Hufel. Journ. B. 53. St. 4. S. 50.) plures tussis convulsivae historias communicat in quibus non exiguum tulit auxilium; Muhrbeck (Rust. Mag. B. 29. S. 58.) in stadio pertussis convulsivo plane speficum declarat; In asthmate seniorum eiusdem remedii encomiastae sunt: Erdmann (Allg. med. Annal. 1822. S. 1289. — u. 1823. S. 1433.) Granville (Ueb. d. inn. Gebr. d. Blaus. etc. a. d. Engl. v. Cerutti. Leipz. 1820. — Allg. med. Annal. 1816. S. 1674.), Roche (Ueb. d. Anwend. d. Blaus. in versch. Krankh. etc. Leipz. 1820.), Elwert (D. Blaus. d. wirksamste Heilm. in Lungenbeschw. u. einig. nervös. Krankh. Hildesheim. 1821.) Fischer (Archiv f. med. Erfahr. v. Horn etc. 1822. Jan. Febr. S. 93.), Ryan (Gerson u. Julius: Mag. B. 17. S. 552.); In Cardiogmo Heller (Nouvelles recherches sur l'emploi de l'acide hydrocyanique etc. Paris. 1823. — Samml. auserl. Abhandl. z. Gebrauch f. pract. Aerzte. B. 31. St. 2. S. 255.), Richter (l. c. B. 10. S. 322.); — In Paedopneumotetano Caspari (Rust. Mag. B. 22. S. 220.) et alii complures (D. Aerzte des Frankfurter u. Marienwerder Regierungsbezirks in Rust. Mag. B. 12. S. 533. — u. B. 13. S. 282.) — Wendt (Kinderkr. S. 481.) ut acido hydrocya-

nico aqua Laurocerasi substituatur praetendit; etiam Hufeland (Vorschl. statt d. Blaus. d. Wasser der bitt. Mandeln z. med. Gebr. anzuw. Berl. 1822. — Dessen Journ. B. 52. St. 1. S. 98. — u. B. 54. St. 3. S. 39.) acidi hydrocyanici usui se propter efficientiae huius vehementiam intutam opponit, sperans fore ut aqua amygdalarum amararum in specie responderit indicationibus omnibus huc concernentibus. Ast prodit ex experimentis Vogelianis (Froriep's Notiz. B. 1. S. 199.) quod oleum amygdalarum amararum aethereum ab acido hydrocyanico suam pro parte solum repetat agendi virtutem; quin imo illud, acido hydrocyanico etiamsi perfecte separato, persistere non desinat efficacissimum. Atque diversitatem non spernendam acidum hydrocyanicum inter et narcoticum amygdalarum amararum vel Laurocerasi principium intercedere propugnat in plantis animalibus hominibus et semet ipso captis observationibus instructus Erdmann (Ueb. d. Untersch. d. Blausäure-haltigen Mittel in Hecker's literar. Annal. B. 7. S. 257.), pariter et Bluff (Schweigger: Journ. f. Chemie. B. 43. Nr. 3.) cui acidum hydrocyanicum contra gravamina diversa frequenter usitatum effectus produxit nequaquam de aqua

Laurocerasi depraedicandos. Denique nec olei huius aetherei mutabilitas praetervidenda est, in specie aëri libero expositum per attractionem oxygenii convertitur in acidum benzoicum. Ceterum et plantae vel eaedem pro conditionibus suae vegetationis diversis illud quoque tenent quantitate diversa (Pfaff: Syst. d. Materia med. 1824. B. 7. S. 325.) — „Die nachtheiligsten unheilvollsten Wirkungen dieses Mittels brechen plötzlich ein, wie ein Dieb in der Nacht; es kann diess nicht nur auch dann geschehen, wenn man sich der grössten Vorsicht befliessen zu haben glaubt, und nur sehr kleine Gaben gereicht hat, sondern eben dann geschieht es am häufigsten," inquit L. W. Sachs (Riecke's neuere Arzneimittel. Stuttg. 1837.) atque hoc certo sub omni respectu, de acido hydrocyanico notatu dignissimum est. —

Secundum experientiam Richteri (l. c. B. 11. S. 280.) accidit nonnunquam in Angina, ubi prima quin ipsa fuerit valde copiosa, vel id in constitutione corporis situm esse videatur, sanguinis evacuatio nimium afficit; cui muci strepitus in viis aëreis vel exignus vel nullus, nec aliter anacatharsis, eo tamen validior spastica tussis per insultus insequitur.

Talibus autem sub conditionibus Autor inter antispasmodica eximiam extracti Hyosciami reperit utilitatem. — Maximus attamen huius remedii commendator est Tribolet (Hufel. Jour. B. 43. St. 1. S. 120.); sub illius cura proles septem annos nata extracti Hyosciami gr. 4 in Syrupo Altheae per duas horas consumpsit; hinc respirationis libertas; cum autem postea propter simultanea efficientiae narcoticae vestigia, linctum autor ordinasset alterum, spastica symptomata nunc increverunt denuo, itaque praetermissum reprehendendo hyosciamum plenariam demum adegit reconvalescentiam. — Hoc et in tussi convulsiva a multis praeprimis et a Hufelandio iam prius laudatum, temporibus neotericis Stemmler (Klin. Beobacht. u. Erfahr. aus d. Bereiche mein. Praxis. 1825.) et Pieper (Harlesz: rhein. westph. Jahrb. 1825. B. 10. St. 2. S. 136.) invenerunt comprobatum. Ultimus Extr. Hyosc. gr. 1—2 in Syr. unc. ½ cochl. thee. summendum praescripsit; ad quod signa narcotismi visebantur mox, et sopita pertussis infesta phaenomena. Sachs (Natürl. Syst. B. 1. Abtheil. 2. S. 369.) illud ordinavit cum Rheo. — Kreysig (Encyclopäd. Wörterb. B. 3. S. 598.) in uno Paedopneumotetani casu sanationem

procuravit per magnas doses eiusdem extracti; cuius mentionem contra hunc morbum facit etiam Haase (Chron. Krankh. B. 2. S. 67.). Praesente plethora, et praesertim maiori humorum versus encephalon impetu secundum Hufelandium (Dessen Jour. B. 9. St. 3.) palmam praeripit opio. — Nullum hucusque prostare Hyosciami praeparatum quod corruptioni et virium mutabilitati non esset subiectum animadvertit Vogt (l. c. §. 439.) cui pulvis caute siccatorum ab aëre et luce bene defensorum foliorum extracto praeferendus esse videtur. Fouquier alkoholicum herbae siccatae extractum caute evaporatum pro optimo habet. Adplicari potest Hyosciasmus etiam in cataplasmatibus, clysmatibus tamquam infusum, litubus tamquam Oleum Hyosciami coctum.

Duncan senior (On pulmonary consumption. Uibers. Lpz. 1817. — Memoires of the Caledonian horticular Society. V. 1. p. 160.) et Coxe laudant praeprimis in pectoralibus morbis sedantem et antispasmodicam Lactucarii virtutem. Secundum unam Andersonii ad Duncanium relationem illud cum Digitali et baccis Juniperi copulatum sub opii fastidio fuit opportunum etiam in noctu recrudescen-

tibus spasmis pectoralibus praeprimis autem in reconvalescentia. His suffragantur etiam quaedam in Germania instituta experimenta (C. L. Ganzel. Diss. de Lactuca et Lactucario. Berol. 1819. — Klink. Diss. sistens Lactucae virosae et sativae analysim chem. Kiel. 1820.). — Paris (Jour. de Pharm. Août. 1825. — Buchner. Repert. B. 25. S. 103.) ex una parte succi caulium Lactucae expressi Saccharique duabus in eodem frigide solutis, addito pauxillo carbonis animalium filtrando paravit suum Syrop de Thridace. — Etiam inspissatus succus Lactucae virosae et scariolae in spasticis pectoris affectionibus cum abnormitate secretionis mucosae, nominatim in Asthmate, in hoc ipso quidem etiam convulsivo, atque in pertussi bonam praestitit medelam. Idem temporibus etiam recentioribus testantur Hufeland Buchner, Osann, Gumprecht et plures alii.

Hufeland (Uib. d. Theor. d. Heilk. in Dessen Jour. B. 69. St. 1. S. 40.) in opium exhortatur contra spasmum ab anginae phlogosi residuum, ubi citissime veluti fascinare morbi reliquias omnes solet, atque redimere vitam. Frank in Asthmate seniorum; Clarus in tussi convulsiva; Haase, Engelhard, Vogt

Stark (Handb. z. Erkennt. u. Heil. inn. Krankh. 2 Thl. S. 287.) et alii complures in Paedopneumotetano opium recommendant. Attamen generaliter apud infantes Henke magnam opii cautelam requirit, praeclare; „Wenn man vollkommen klar den Krankheitszustand und die Wirkung des Mittels im gehörigen Verhältnisse zu einander und in ihren Folgen einsieht — — — soll man aber auch von der kleinlichen Furcht vor dem Gifte, das in der Hand des einsichtsvollen Arztes das kräftigste Heilmittel sein kann sich nicht abhalten lassen.“ (Vogt l. c. §. 218.) — „Besonders denke man an den verschiedenen Stand der Empfänglichkeit im Gange mancher Krankheiten; — Denn es kann der Fall sein dass eine in der früheren Stunde ohne sichtbare Wirkung gegebene Dose in der nächsten Stunde gegeben Vergiftungszufälle erregt.“ (Idem §. 222.). — Secundum Baumgärtneri sub tussi convulsiva citatam exprientiam in vehementioribus morbosis nervorum affectionibus opium praecipuum remedium est, quod non solum valde moderat tussim, verum etiam convulsionibus universalibus nisi hae passionem cerebralem vel accedentem in casibus rarioribus hydrocephalum acutum caussam

agnoscant, praepediendis et sufferendis quam optime respondet. Tenerrimis etiam infantibus autor opium praebet, ea nonnisi cum praecautione quod illis ipse mistelulam paret, ad aquae saccharatae cochlearia 4—6, tincturae thebaicae guttam 1 recipiendo, unde unum initio, et hinc si nullus prodeat effectus cochlearia coffeana duo propinat. Talis unica dosis saepe iam suppeditat affectionis mitigationem, ubi dein amplius eodem nychthemero nulla dosi opus est; saepius tamen ad id doses tales requiruntur plures, semper interim per intervalla duarum adminimum horarum absummendae, quarum etiam ulterior usus illico interrumpendus est, quamprimum magna in somnum propensio se manifestat. Sufficit nonnunquam una die qua spasmi hi validiores veniunt in conspectum applicare remedium, nonnunquam tamen per longius tempus continuandum est; infantibus autem tres annos necdum emensis duas vel tres guttas excedens nychthemerica dosis non facile praescribenda; penes et alvus enematibus vel medicaminibus internis aperta continuo sustinenda. — Tincturam opii in usum etiam externum trahere nonnunquam liceret. etc.

Justo longius in morbis infantum medici relegant etiam Vinum. Me ipsum infantem anniculum cui omnes advocati iam cecinerunt infernum, salvavit vinum, contra factum interdictum pro desiderio meo concessum. — Wendt generosum vinum in Paedopneumotetano commendat aliquoties de die cochleari theano propinandum.

Ad spasticas in Angina affectiones Wigandio (Allg. med. Annal. 1802. Correspondenzb. S. 60.) se comprobavit Belladonna; ibidem (1822. S. 861.) etiam Rosenberg ad eius provocat usum; amplissimum autem encomium in tussi convulsiva bene promeritum est pharmacon id quod celebrant Kahleis (Hufel. Jour. B. 68 St. 2. S. 92.), Schneider (Baadensche Annal. 1824. H. 2. S. 58.), Muhrbeck (Rust: Mag. B. 29. S. 58.) Lenhossek (Pr. Bemerk. üb. d. ausgez. Wirk. d. Atropa Bellad. in dynam. Krankh. d. Gangliensyst. u. sein. Halbleit. etc., in d. Beobacht. u. Abhandl. ein. östr. Aerzte. B. 4. S. 390.), Urban (Hufel. Jour. B. 65. St. 4. S. 91.), Blackett (The Lond. med. Repos. V. 21. 1824. Juni), Goelis (Hufel. Jour. B. 60. St. 3. S. 66.) C. Vogel (Rust: Mag. B. 26. S. 449.), Erdmann (Zeitschr. f. Natur- u. Heilk. d. Dresd. Profess. B. 5. H. 1. S. 57.), J. Frank (Prax.

med. univ. praec. P. II. V. II. Sect. I. p. 855.), Guibert (Recherches nouvelles et observ. pratiq. sur le croup et la coqueluche. 1824. p. 151.), Laennec (l. c. p. 191.), Miquel (Med. Bemerk. im Archiv f. med. Erf. v. Horn etc. Juli. Aug. 1829. S. 570.) et plures alii, magnum certe respectum etiam in Paedopneumotetano propterea sibi vindicantes. Ultimus non absque ratione commonet quod Belladonna per tempus quo conservatur magnam patiatur virium suarum iacturam, et quidem in infantibus biennalibus recentis gr. $\frac{1}{8}$ notabiles iam provocet effectus, cum radicis per annum inveteratae gr. $\frac{2}{3}$ ter de die sine conspicuis adhuc actionibus medicatis porrigi possit. Kopp (Beobacht. S. 223.) infantibus 3—4 annorum praescripsit rad. Bellad. gr. 2, Ipecac. gr. $1\frac{1}{2}$—2, flor. Sulf. gr. 32, Sacch. lact. gr. 8, in dos. 8, ter de die pulv. 1. — Goelis (l. c.) rad. Bellad. gr. 1, opii gr. $\frac{1}{2}$, Sacch. scr. 4, in dos. 8, mane et vesperi, pro re nata vel omni tertia hora pulv. 1; praeterea emplastrum ex elect. anodyn., pulv. rad. Bellad., tinct. opii simpl. $\overline{aa}$ scr. 1, gummi arab. dr. 3, corio illiniendum et scrobiculo cordis imponendum; pro potu decoctum Dulcamarae. — Dornblüth (Archiv f. med. Erf. v. Horn. Juli.

Aug. 1826. S. 111.) ordinavit epileptico contra Pertussim: rad. Bellad. gr. 3, pulv. Ipecac. compos. gr. 12, flor. Sulf. scr. 1, Sal. ammon. dr. $\frac{1}{2}$, pulv. Liquir. Sacch. alb. $\overline{aa}$ dr. $2\frac{1}{2}$, ol. Anisi gtt. 2, omni bihorio mucrone cultri summendum; quibus intra hebdomadas tres cum Pertussi disparuit etiam Epilepsia. — Non absque fundamento adhortatur Goelis (Uib. die vorzügl. Krankh. d. kindl. Alters. B. 1. S. 97.) quod abusus Belladonnae Hydrencephalo caussam praebere possit occasionalem, et Otto (Hecker: lit. Annal. B. 4. S. 133.) quod talis abusus non raro habeat in sequelis permanentem mentis stuporem. Sed usum Belladonnae rectum praeter pertussim etiam in Asthmate seniorum ubi nullum materiale impedimentum, et malum potius in nervo vago et phrenico proxime quaerendum fuit eminenter efficacem et vere specificum reprehendit Lenhossek (l. c. B. 4. S. 393) Hic ille dedit pulverem radicis a gr. $\frac{1}{4}$—$\frac{1}{2}$; ubi morbus erat mere dynamicus iam post pulveres aliquot visum insigne levamen, nonnunquam autem etiam per dosim unicam morbus iam veluti qraecisus, etiamsi prius plures per horam fecerit impetus, vel plane fuerit continuus, sane nonnunpuam pro semper eman

sit. Iuxta hanc praescriptionem etiam Hoffbauerio (D. Brustkr. etc. S. 166.) Belladonna in casibus aliquot mere dynamicis bona praestitit servitia, ne hilum quidem in aliis, dedit illam in paroxysmis et intermissionibus initio gr. $\frac{1}{2}$ pro dosi, serius etiam dosi maiori, sed minus valuit in insultibus, hi saltem nonnunquam postea leviores apparuerunt et rariores. — In Paedopneumotetano Belladonnam laudat Stark (Handb. z. Erkennt. u. Heil. inn. Krankh. 2. Thl. S. 288.) quam secundum aetatem gr. $\frac{1}{4}$—$\frac{1}{2}$ praescribendam esse docet.

Perstante inter vegetationem et animationem praeprimis etiam inter musculos respirationi dicatos et atmosphaericos voluntati subiectos antagonismo manifesto, sub trismo et tetano: „Wenn je Gelegenheit ist Strychnin zu versuchen so findet sie bei Kindern statt — mit Vorsicht." inquit Neumann (l. c. B. 4.)

In morbis pectoralibus, in tussi convulsiva aliisque nevrosibus etiam Aconitum a nonnullis praesertim antiquioribus practicis exploratum recommendatur.

Nicotianam in morbis pectoralibus nominatim etiam in tussi convulsiva praeprimis committit Thilenius.

Marcet et Begbie ubi nec Opium nec Belladonna nevralgias mitigare potuerunt Daturam pluries auxilio fuisse referunt. In catarrhis chronicis morbis nervosis diversissimis, praeprimis etiam in affectionibus organorum respirantium spasmodicis, in Asthmate, Tussi convulsiva iam comprobatae virtutis. — „Erst ein häufigerer Gebrauch den das Mittel wegen seiner ausgezeichneten Kraft allerdings verdient, muss näher darüber entscheiden.“ (Vogt. l. c. §. 413.)

Conium in morbis pectoralibus et nevrosibus praesertim et in Tussi convulsiva iam bona praestitit servitia. Adnotari meretur quod herba sicca et extractum inveteratum nullas fere possideant vires, ab his igitur nonnisi recentibus aliquid sperandum sit. Herba recens etiam externum in cataplasmatibus admitteret usum.

In diversis vegetationis et animationis morbis bene conduxisse Digitalim complures in specie morbos spasmodicos et nominatim pectorales sanavisse prae ceteris refert Maclean.

Pertigimus demum in Paedopneumotetani Iamatologia ad illum statum pathologicum, pro quo exclusis omnibus aliis tamquam uni-

co, unicam autores plurimi proponunt therapiam; et hi nequidem absque ratione, praeterquamquod enim status is sub dominio Paedopneumotetani cuiuscunque specialis naturae facilius et celerius evolvatur, remedia quoque specialiter hic indicata sub statibus Paedopneumotetani quomodocunque diversis suam saepius nancisci possunt indicationem, in casibus itaque plurimis omnino sufficiunt. Ast sub diversis quidem conditionibus unum remedium status morbosos corrigere diversos vel et unum statum morbosum remedia corrigere diversa possunt — subintelligitur omnino quod saltem in plurimis vitae erroribus modica qualiscunque eius alteratio ad labefactatam autocratiam resuscitandam contribuere possit — ubi tamen in strictissimo discrimine vertitur res unicum vel genus — vel remedium — vel nullum. — Unicum id etiam vel nullum Systematis iamatologici criterium est. — Inprimis quum status pathologicus is ex alio cuiuscunque rationis evolvi possit atque debeat, praecedentem illum alium peraeque ac subsequentem hunc in rationali claro naturae consensu quam optime curare semper oportet, ita quidem ut si iam nunc infirma vegetatio copulata fuerit cum animationis

erethica debilitate, vires animativas magis adhuc subtrahere vel etiam vegetationem simpliciter roborare, et eo magis eandem antiphlogisticis quibusvis debilitare saltem in iamatologico cardine nunquam conveniat, — imo potius remedia vitam integram per utrumque factorem intendentia seligere fuerit eo ipso consultum. —

In hunc scopum Ipecacuanha praeprimis est adducenda. Specificam illi pro pectore virtutem tribuunt medici, partim quia dudum iam bronchiorum irritationem, raucedinem, tussim, haemoptisim, oppressionem ab illa provocari, partim quia in animalibus eadem intoxicatis atque necatis fere semper internam bronchiorum membranam inflammatam et pulmones sanguine multo distentos viderunt. Praeprimis etiam in morbis pectoralibus ab omni aevo salutarem Ipecacuanha multifarie monstravit efficaciam; in Paedopneumotetano secundum Haase. — „Sie bekommt schwächlichen und reizbaren, so wie kindlichen und weiblichen Individualitäten besonders gut." (Vogt. l. c. §. 696.)

Praeterquamquod in tussi convulsiva Thilow ab interno Seminum Sinapis usu praestantissimum viderit effectum, externus saltem

saepius instituitur etiam in Paedopneumotetano, ubi si pro re nata cito agendum, debilitatio maior vel et stranguria metuenda foret cantharidibus substituenda venirent. Non autem ut consuetim cum aceto, sed nisi sponte (tamquam oleum aethereum phlogisticum per antiphlogisticum acidum) temperare velimus sinapismum is cum infusa fervida simpliciter parandus est.

Condimenta pleraque in morbis nervosis intermittentibus et pectoralibus bona praestant servitia. Pro re nata Piper nonnunquam bonum esset additamentum ad Sinapismos. Condimenta ceterum pro usu externo ad species aromaticas, eorumdem olea aetherea — praeprimis apud infantes adeo celebratum antispasmodicum Balsamum Nucistae — ad litus et unguenta, pro usu interno praesertim siliqua Vanillae — quam cum fructu praescripsit in Paedopneumotetano Wendt — praeterea Myristicae, Phellandrium, Pimpinella, Zingiber conditus, eiusdem morsellae et syrupus, tinctura aromatica, aqua Cinnamomi simplex et vinosa, eiusdem syrupus et elaeosaccharum etc. in promptu sunt.

Ad plagas ab emplastro vesicatorio apertas sustinendas, praesertim si unguentum Can-

tharidum male afficeret organa urinalia laudant Angli unguentum Sabinae; quod secundum Crowther sequenti ratione paratur: Rp. Fol. Sabin. recent. contus. part. 2, Cerae flavae part. 1, Adipis suillae part. 4; adipe et cera liquefactis incoque Sabinae folia et cola. — Secundum Vogt Sabinae recentis pars 1 cum Adipis parte $\frac{1}{2}$ malaxata coquitur ad foliorum fuscationem usque; Adeps ope preli ferrei bene expressus miscetur cum Cerae s. q. ut f. unguentum; quod ultro quoque pro necessitate temperatur.

Terebinthina pro usu externo ad litus et unguenta non adeo propter vile pretium, quam potius propterea quod remedium balsamicum sit efficacissimum adnotari meretur — Eidem subordinantur etiam turiones Pini et Populi in ptisanas medicatas bene convertendi, praeterea radix herba et semina Apii petroselini, graveolentis, asparagus etc. pro usu diaetetico. — Ptisana, succus inspissatus et aqua Juniperi pro usu interno, pro externo eiusdem baccae contusae spiritus et oleum. — Balsamum Copaivae in stadiis anginae serioribus in Asthmate etc. valde utile reperit Armstrong. — Balsamum Peruvianum remedium dignitatis altioris antispasmodicum est. Huic ad-

nectuntur flores Benzoës inter remedia contra Paedopneumotetanum ubique citati. — Galbanum in affectionibus pulmonum blennorrhoicis spasticis recommendatum, Pideritvoigtl et alii ubi maior in his organis dominatur atonia, ipso gummi Ammoniaco praeferunt.

Asae foetidae laudem eminentem in Paedopneumotetano ipse praeprimis tribuit Millar (l. c. p. 36.) quam ubi Moschus non suffecit nonnunquam adhuc efficacem vidit. Praescripsit Autor: Asae f. dr. 2, solut. in Liq. Ammon. acet. Aq. Hyssop. aa unc. 1; omni $\frac{1}{2}$ hor. cochl. cib. — Quod hic interdum etiam Asa foetida male conducere possit revera adhortatur Schmidt, dosibus praesertim modum excedentibus, idem et observationes quaedam indigitare videntur (Wendt. l. c.). Haase post experimenta repetita non in tam alto quo depraedicata est gradu salutiferam esse perstringit. Attamen etiam post Millarium Asae foetidae virtutem Schäffer (Beschr. u. Heilart d. gewöhnl. Kinderkr. 3. Aufl. Regensb. 1803.) in Paedopneumotetano comprobatam valde recommendat; dedit: Asae f. dr. 1, solut. in Liq. Mind. unc. $\frac{1}{2}$, Aq. Puleg. unc. $1\frac{1}{2}$. — Temporibus recentioribus C. Vogel (Rust: Mag. B. 26. S. 339.) duos communicat Paedopneu-

motetani casus in quibus Asa foetida sanationem perfecit; ordinatum fuit Rp. Asae f. dr. 2, solv. in aq. Valer. unc. 2, add. syr. unc. ½. DS. Omni ½ hora serius omni bihorio cochl. minori. Praeter hanc mixturam autem remedium applicabatur etiam in clysmatibus. — Ad ingratum admodum Asae foetidae saporem et odorem in mixturis pro posse saltem corrigendum Richter in consideratione prolium syrupum Croci dosibus maioribus consulit. Quod autem communiter infantes utique lubentius assummant Asam foetidam Wendt quotidianam experientiam adducit testem. G. A. Richter (l. c. B. 11. S. 333.) si prolibus non acceptabilis esset, eandem saltem adplicandam esse ratificat in clysmatibus, ex Asae f. dr. 1—2 in subactione cum vitello ovi, cum infuso Chamomillae et Valerianae paratis. His ut emolliens enema praemittatur non est obliviscendum. Magnopere laudant Asam foetidam in morbosis membranae mucosae spasticisque pulmonum affectionibus etiam Girtanner Cullen et complures alii. Kopp (Beobacht. S. 220.) in tussi convulsiva praescripsit: Rp. Asae f. dr. 1½, Mucil. gummi arab. q. s. ut f. pill. 30, consperg. pulv. rad. Ireos Florentinae, summend. in conserva. Quod talis

formula nonnisi morbo magis chronico, prolibus adultioribus, intervallis liberis etc. responderet suapte intelligitur.

Gummi ammoniacum praeprimis in morbis pulmonum mucum incidens et resolvens antiquis celebratum.

Myrrhae tinctura et liquamen in usum prostat externum.

Radix Angelicae laudatur in pectoralibus affectionibus praeprimis e refrigerio derivatis; spiritus Angelicae compositus inservire posset externe. — Radix Valerianae in Morbis spasmodicis generatim, praeprimis etiam in neonatorum convulsionibus diutius iam comprobatae virtutis ab Autoribus etiam contra Paedopneumotetanum adducitur. — Pariter et radix Serpentariae Virginianae.

Semina Foeniculi, Anethi, Anisi, Anisi stellati, propter indolem suam blandam demulcentem balsamicam ad affectiones pectorales in usu sunt. — Semina Carvi, Cumini, Coriandri, etc. nota sunt carminativa.

Magnam in febribus nervosis catarrhalibus (nervöser Croup!) alterantes quoque flores Arnicae sibi promeruerunt famam. — Flores Chamomillae in Paedopneumotetano quoque saepius iam salutarem invenerunt appli-

cationem. — Hic sibi locum vindicant etiam eminenter diaphoretici flores Sambuci.

E herbis aromaticis Mentha piperita et crispa, Pulegium, Melissa citrata, Chenopodium Ambrosioides, Marum verum tamquam antispasmodicae praeprimis nominari merentur. — Omnes autem haecce substantiae etiam in balneis fomentis et cataplasmatibus, unguentis et lotionibus, balneis vaporeis, praestanter adhiberi possunt.

Camphoram contra Paedopneumotetanum citat Dobrowolsky (Diss. de Asth. Mill. Vien. 1815.). Noscitur affectiones organorum urogenitalium ex animatione undecunque excedente promanantes atque diversas sopiens, in Paedopneumotetano quoque (pro magna Asthmatis sic dicti urinosi ratione) notatu dignissima Camphorae virtus. In tenerrimarum dominarum et febrilibus neonatorum convulsionibus, in ipso trismo et Tetano Camphora iam saepius saluberrimum praebuit medicamentum. Acetum, spiritus vini, oleum, unguenta camphorata, Balsamum opodeldoc, Linimentum ammoniato-camphoratum et sudoriferae camphoratae fumigationes adplicationem spectant externam.

Oleum Ceiepnt (s. Wittnebianum) in nevrosibus praesertim et morbis spasmodicis diversissimis efficax, in Paedopneumotetano pro necessitate Moscho substituendum esse docet Wichmann.

Ordinis sequentis atque postremi remedia sane prae ceteris omnibus in Paedopneumotetano comprobavit experientia; quod, si in infantili vegetante magis organismo, sub ipsius vegetationis qualicunque depressione per tantam qualem morbus secumfert fibrae muscularis intentionem, facillime maior inducatur sensibilitatis exhaustio, liquet. Sensibilitatis enim per principium phlogisticum adaugendae rationi haecce remedia praeprimis respondent, eoque manifestam a remediis ordinis praecedentis irritabilitati praesertim prospicientibus offerunt diversitatem. — Quod dosium sub talibus rerum conditionibus quam subtilissime definiendarum magnitudinem incrementum et repetitionem attinet, id partim harum substantiarum natura volatilis, receptivitatis adsuefactae decrementum, partim et constitutio individualis, aetas, clima, genius epidemicus, etc. praeprimis autem morbus ipse dictat. „Es kommt bei diesen Mitteln ganz besonders der Grad des Leidens, oder

eigentlich der noch bei demselben vorhandene Grad der Energie und der Thätigkeitsäusserung des Nervensystems und des irritablen Lebens in Betrachtung. Wer diesen nicht zu erkennen und zu würdigen vermag, wird auch niemals die Grösse der im gegebenen Falle nothwendigen Steigerung der Lebensthätigkeit ermessen, und niemals die Dose richtig greifen können, welche diesen Grad der Steigerung zu erzeugen vermag.“ (Vogt. l. c. §. 475.). Sed adhuc praeterea. „Ist die genaue Kenntniss der Eigenthümlichkeiten der einzelnen (dieser) Mittel, besonders für ihre Anwendung bei acuten Krankheiten wichtig, weil es hier mehr noch wie bei den chronischen Krankheiten nothwendig ist, sogleich das rechte Heilmittel für den vorhandenen Fall zu treffen.“ (Idem. §. 462.).

Ambram in Paedopneumotetano bene adhibuit Wendt. — Stiebel in casu anginae spasticae supra (p. 32.) citato salutarem Castorei virtutem expertus est. — Zibethum ubi prostaret genuinum non rancidum secundum Hartmann (Pharmacolog. Vol. 2. p. 107.). Moscho simile est, eadem dosi praescribendum.

Moschus autem inter omnia remedia quae unquam huic morbo fuere praesidio, maxi-

mam sibi laudem effective comparavit; cuius puri genuini Tunquinensis specificam adeo, ut in eadem plane diagnosticum huius morbi signum fuerit constitutum, virtutem in Paedopneumotetano praeprimis Wichmann expertam habere vult. Quamquam autem practicorum querelas: quod Moschus etiamsi mature nonnunquam et audacter exhibitus, et eo magis in provecto iam nimium morbo, paralysin pulmonum et exitum funestum praevertere non sufficiat — fundatas esse cognoscamus, cognoscimus attamen etiam praecipuum in eodem contra Paedopneumotetanum remedium; quod hic et Schäffer et Hufeland (Dessen Journ. B. 8. St. 2. — et B. 9. St. 3.) et plures Medicorum Coryphaei praeterea non parum commendant. Wigand ad anginam ipsam diaphoreticum proponit Moschum. Quam salutaria hic post sublatam inflammationem, remanentibus vel et increscentibus symptomatibus spasticis officia praestet plures a Sachse (D. Wissensw. üb. d. häut. Bräune. B. 2. S. 98. 177. 186.) communicatae docent observationes. Albers (De Tracheitide inf. etc. p. 97.) trium annorum infanti gr. 12 pro nychthemero praescribens, in seriori praeprimis stadio adynamico nervoso Moschum cum sulfure stibiato

rubro, Muriate Hydrargiri miti praestanter efficacem vidit; cuius vires medicatrices ibidem in connubio Calomelanos porro quoque Schlüter (Hufel. Journ. B. 33. St. 1. S. 24.), Sackenreuter (Allg. med. Annal. 1812. S. 737.), Henke (Kinderkr. 2. Aufl. B. 2. S. 116.) confirmant. Ast Goelis (Hufel. Journ. B. 60. St. 3. S. 59.) ne post infractam anginam contra remanentem tussim spasticam praecox instituatur Moschi usus monet recidivam timens. — J. Frank (l. c. V. II. P. II. Sect. 1. p. 855.) in Tussi convulsiva Moschum et Vanigliam alternatim dedit cum emolumento. — Contra Paedopneumotetanum Schaeffer per tres dies impensa Moschi drachma una salvavit infantem. Brodhag (Asthma systematice tractatum. 1826. p. 46.) decennem Asthmate laborantem puerum per Moschum proximae quidem eripuit morti, sed insequuta est Haemoptisis et Phthisis pulmonalis; eo non obstante Moschum idem Autor qua specificum in Asthmate considerat omnia cetera frustranea fore contendens, si recusaverit auxilium unicus is. — „Seine Kostbarkeit gebiethet ihn für diejenigen Fälle wo er nicht entbehrt, und nicht durch andere Mittel ersetzt werden kann zu beschränken.“ (Vogt. l. c. §. 605.) Proh do-

lor! in aegrorum tam pertractatorum quam pertractandorum multiplex damnum efficacissimus pretiosissimus rarissimus adeo frequenter inconcinne pessumdatur Moschus, ut non adulteratum reperire tantummodo rarius contingat.— Hunc autem, ut in Paedopneumotetano salutiferum se demonstret, non tantum in intermissionibus, verum etiam in quantum id fieri concessum est in ipsis paroxysmis (Richter l. c. B. 5. S. 55.) dosi maiori, et quidem tot circiter granis quot annos numerat proles (Haase l. c. B. 2. p. 66.) omni bihorio exhibendum esse docent Autores. Praefertur forma pulveris v. g. cum elaeosaccharo et gummi arabico, vel cum lapidibus cancrorum praeparatis (Lentin. Obs. med. F. 1. p. 25.), quin tamen et perstante praesertim disphagia, cum Moschus quo melior eo perfectius ab aqua tum frigida tum calida recipiatur, esset in emulsione contemnendus.

In defectu boni Moschi contra Paedopneumotetanum Wichmann proposuit oleum animale aethereum (Dippelii). Hoc, sicut principio phlogistico crassiori magis onustum fixius oleum animale foetidum (Cornu Cervi) recipi posset etiam ad usum externum.

Infusum seminum Coffeae tostorum (quo etiam contra agrypniam e debilitate cerebrali bene nonnunquam utuntur practici) iam Thilenius, Bree, J. Frank in Asthmate seniorum recommendarunt; v. Hoven (Handbuch d. pract. Heilk. B. 2. S. 164.) in connubio Opii praeprimis utile reperit; etiam Haasio et Richtero (l. c. B. 11. S. 350) omnibus ceteris antispasmodicis plus praestitit saepius. — Contra Paedopneumotetanum in usum diaeteticum Coffeam adducit expertus Wendt. Nonnunquam bene applicari posset etiam in clysmatibus.

Moschus artificialis, quem propter suum odorem iam v. Swieten qua surrogatum Moschi genuini proposuit, Dorfmüllerio (Heidelberg. klin. Annal. B. 5. H. 1. S. 120.) in pertussi bonum demonstravit effectum. Praescripsit Autor gr. 10, mucil. gummi Tragac. subacta in emulsione seminum Papaveris unciarum 5—6, omni hora vel bihorio cochl. cib. — Peraeque Schnuhr (Hufel. Journ. B. 59. St. 4. S. 135.) eundem in Tussi convulsiva cum Ung. Autenr. et pediluviis aceticis valde utilem reperit. — Contra Paedopneumotetanum recommendatur in defectu Moschi boni naturalis, secundum Stöller (Beobacht. u. Erfahr.

Gotha. 1777.) a gr. 15 — 20 vitello ovi subactus in emulsione cum syrupo amygdalarum et aqua Cinnamomi ad mixturae totius unc. 3 — 5, cochleatim exhibendus. Ceterum quod Pseudomoschus is non Moschus sit per omnia sicut in suo Pharmacodynamismo, sponte subintelligitur. — Oleum succini quidem etiam adhiberi posset externe.

Petroleum in blennorrhoea pulmonum morbis spasmodicis diversis, asthmate, utilitatis est comprobatae. Ab exquisitissima Naphta Petrae Thunberg et Kämpfer plane loquuntur miracula. Oleum petrae rectificatum in usum quoque converti posset externum.

Magis ingruente virium paralysi Phosphorus a Löbenstein - Löbel primo contra Paedopneumotetanum adductus suum nonnunquam invenire posset applicationis locum. — Quodsi vero in genere valeat fortissima quaevis remedia eo frequentius ad determinatum morbi momentum restringi, momentaneum etiam eorumdem effectum ad salutem unicum superesse saepius et ultimum nonnisi propterea quia periclitantem vitam unico ultimoque veluti tenui filo carpori nectunt, et ulteriorum medicamentorum applicationem possibilem reddunt; id ipsum tunc de Phosphoro

quam maxime. Hinc „Ist es sehr oft nöthig die durch ihn erzwungene Belebung durch nervenstärkende Mittel, Moschus Campher u. dgl. zu unterstützen.“ (Vogt. l. c. §. 628.). — Unguento, ad cuius unciam unam Phosphori gr. 12 circiter recipiuntur, sulfuris aliquot grana celerem eius corruptionem praepedientia admiscentur.

Sicut		Ita
Animationis influxum in vegetationem, tamquam		Vegetationis influxum in animationem tamquam
irritabilitatem	Camphora : Moschus	sensibilitatem
spectat:	Flos alterans — *) — Alter. Pyrogenium	spectat:
Resin. radix		Phosphorus

Ammoniae liquor vinosus, anisatus, foeniculatus, pyro-oleosus, succinicus, aquosus aceticus a plerisque autoribus in Paedopneumotetano recommendatur. In usum externum recipi potest Aqua Luciae, Linimentum ammoniatum, saponato-camphoratum, volatile camphoratum, et odoramenta, lotiones, linimenta, unguenta, fomenta humida et sicca complura e tempore paranda. E qui-

*) In Flore per principium masculinum et femininum in Pyrogenio per acidum et phlogisticum copulatum se manifestat amphotera natura. —

bus omnibus tamen „tritt die expandirende und auflösende Wirkung — stärker hervor und kann in höheren Graden förmlich zersetzend werden.“ (Vogt. l. c. §. 482.)

In antiphlogistici salibus affinis diuretici frigoris oppositione diaphoreticum phlogisticum caloricum est; sub cuius altiori dominio, quatenus etiam potentiorem incitatae vegetationis in animationem influxum, scilicet venositatis et oppositae, pro poli contractivi reagentis decremento, sensibilitatis expansivae notabile videmus augmentum: eatenus pharmacorum calefacientium praesertim nervinorum manifestam agnoscimus contiguitatem. — Sudor nil nisi metasyncrisis est pro animationis ita alteratae ratione; qua non solum virium expansivarum ceu sensibilitatis praeponderantia derivatur, sed insimul per derivatas plasticismi materias ipsum vegetationis in animationem influentis augmentum refrenatur etc. — In horum consensu regimen calidum diaphoreticum, potus theatos, balnea, vapores, cataplasmata etc. in Paedopneumotetano suadentur. — Alia vero Caloris amoeni moderati ratio est: talis enim factorum vitalium harmoniae conveniens debitum etiam animationis in vegetationem vitae

fundamentalem sustinet influxum, et irritabilitati peraeque ac vegetationi favens facilem etiam ut quotidiana docet experientia invitat somnum. Hoc titulo praesertim atmosphaera moderate calida in Paedopneumotetano proponitur.

E morbi harumque potentiarum diversa natura iuste combinata, iam sponte fluit ubi ferre possint auxilium et ubi nocere diversa. Peraeque somnus, qui tamquam vitae vegetativae repraesentator animationem integram in vegetationem convertens, ubi debilitatae vegetationi morbose praevaleret animatio proficuus esset absque dubio; sicut e contra fieri posset deleterius, ubi v. g. sub indicatione Phosphori praevalens torpida vegetatio reliquam adhuc ultimam exhaustae animationis particulam abripere, itaque vitae polum unum delendo secum interimere minaretur integram. Praeclare sub his rerum conditionibus in febribus nervosis comatosis etc., omni solertia praevertere somnum docent meliores autores. Hinc etiam in Paedopneumotetano ubi dispellere somnum requireretur semper exacte diiudicandum est, etiamsi concedendum quod vires vitae medicatrices in casibus sal-

tem plurimis salutiferam sub somno praesertim possint inducere crisim.

Victum quod attinet pro ratione reliqua seligenda sunt eupepta, blanda, fluida nutrimenta, uti: iura, lac, ova, gelatina, cremores hordei, oryzae, panatellae etc. — Tourtual amylum Maranthae arundinaceae (Arrowroot vel Arrorut) velut incomparabile remedium inprimis infantibus conveniens extollit, et in raucedine, catarrho, tussi spastica commendat, asseverans quod etiam in una Tussis convulsivae epidemia tamquam adiuvans exquisitam ostenderit efficaciam; in India occidentali peraeque contra affectiones catarrhales, in infantum Atrophia praeprimis et reconvalescentia generalem obtinuit usum; quod tam aqua tritum quam lacte subactum vel decoctum, vel etiam cum decocto Cornu Cervi raspati pultem aequabilem tenuem gustui amoenam (Arrorut-gelée), cum vino decoctum autem gelatinam pellucidam valde gratam largitur, praesertim si Saccharo insuper vel et aromatibus imbuatur. Optime recipiuntur Arrorut dr. 3, conteruntur cum aquae frigidae unc. $\frac{1}{2}$, et infunduntur aquae vel lactis vel vini fervidi unc. 9. —

Diversissimis his omnibus contra Paedopneumotetanum singillatim adductis potentiis tantummodo generaliter adhuc adnotandum est, quod eo minus utplurimum sit a pharmacis praesertim vehementioribus sperandum, quo tenerior aetate proles est. Tunc autem etiam eo magis externa remediorum applicatio subtrahit praerogativam internae; quam ultimam interdum saltem mediante vita nutricis medicata per lac secretum attingere praestaret. — Semper interim ad omnia a diversis autoribus proposita remedia convertenda, id vel maxime memoria tenendum est, quod si ex illis felicem aeque videre velimus eventum, non adeo simia ratione velut communiter fit imitare simpliciter autocraticos praedecessores in sensu stricto sumpta therapia, quam potius in profundioribus omnino ratiociniis oporteat. — Ubi vero secus instaret certissima mors, cui morbus non obstantibus quibusvis maxime celebratis remediis properanter accederet, sicuti revera non raro accidere posset, an ibi remedium aliquod et praeprimis quod ipsa ratio suaderet melius non esset quam nullum? — „Oportet itaque ubi aliquid non respondet, non tanti putare auctorem, quanti aegrum, et experiri aliud atque

aliud.“ (Celsus). Eo ipso autem etiam assentiendum est Kreysigio (Encyclopäd. Wörterb. B. 3. S. 598.) asserenti quod in Asthmate Millari generaliter nullum exclusive remedium omnem sibi fidem obstringat, quodve fortius qualecunque, ne male cedat ipsa cura cautum usum exposcat. — Sane fortius remedium hoc solummodo respectu maiorem exigit cautelam, quod pariter ac indicatum ad sanationem, ita quoque ex adverso ad vitae detrimentum fortius contribuere possit.

Omnes autem haecce potentiae praeterea in scopum medicum adhuc multimode combinari possunt atque debent; praeprimis et si pharmaca quaecunque et quomodocunque combinata salutarem in organismi penetralibus moliantur victoriam, ut fiat haec vel possibilis vel saltem facilior a sociis correspondentibus per atria reliqua auxilium impetrant. —

Autenrieth (l. c.) opinioni suae super identitate anginae membranaceae et asthmatis Millari innixus, suam in priori morbo medicinam facere proponit etiam posteriori suamque in eodem experientiam adducit testem. Ille nempe vel tum solum porrigit Moschum quum per internum Calomelanos usum et acetum in Clysmatibus periclitatus

sit prius an cum exordiente legitima vasorum actione, non ingrediatur etiam activitatis nerveae temperatio; vel ubi Moschus iuvamen non adfert sufficiens, post imminutam unilateralem nervorum exorbitantiam, increbrescente febre nunc illico cum superius memoratis morbum pertractat remediis. — Ex alcalibus et Moscho per adplicationis parallagen iam exquisitum vidit provenire fructum Stütz; Gölis autem (Hufel. Jour. B. 60. St. 3. S. 67. — Vorschl. z. körp. Erz. d. Kinder 2. Aufl. 1823. S. 168.) Moschum et contemporanea balnea lixiviosa tamquam unicam neonatorum Asthmate plexorum ancoram salutis aestimat; et quidem ordinat anniculo: Moschi gr. 2, cum gummi arab. dr. 2, aq. flor. Tiliae unc. 2, Liq. C. C. succin. gtt. 4, syr. Chamom. unc. $\frac{1}{2}$; omni hora cochl. theano summendum. Insimul cum infusi Chamom. una Mensura et una lixivii communis balnea calida per $\frac{1}{4}$—$\frac{1}{2}$ hor. quibus insidentes proles iam nec deglutire valentes vix 15—20 minutis elapsis iterum absummere potuerunt Moschum. — Hinze (Hufel. Jour. B. 41. St. 3. S. 81.) in complicatione Paedopneumotetani cum Tussi convulsiva (!) vitam servavit per Moschi gr. 1$\frac{1}{2}$, cum Sulf. aur. Antim. gr. $\frac{1}{2}$,

et flor. Zinci gr. $\frac{1}{4}$ pro dosi, omni bihorio. — Stucker (Hufel. Jour. B. 57. St. 4. S. 26.) sanavit Morbum Moscho, Calomela, extracto Hyosciami, contemporaneo vesicante ad laryngem, et infuso seminum Sinapis ad pediluvia. — Dahlenkamp (Heidelb. klin. Annal. B. 5. H. 1. S. 93.) in uno Paedopneumotetani casu dedit Moschi gr. 2, cum flor. Zinci gr. $\frac{1}{2}$, pro dosi, omni hora; frigidis extremitatibus inferioribus imposuit Sinapismos; atque ex Asa foetida confectos iniici curavit clysteres; quo facto non amplius comparuit paroxysmus, melioratione pedetentim invalente. — Quos — attamen modo post insultum tertium — Moscho, enematibus per Asam foetidis, et balneis calidis tractavit G. A. Richter (l. c. B. 11. S. 332.) casus duos, terminavit mors. — Schnuhr (Hufel. Jour. B. 70. St. 3. S. 127. — Rust: Mag. B. 25. S. 93.) quinquenni puero periodicis iam per dies tres invasionibus suffocativis obstricto pulveres cum Moschi gr. 2, Castorei gr. 1, pro dosi, omni hora summendos ordinavit, et clysmata Asa foet. impraegnata; ad quae noctu paroxysmus emansit; ast ille saltem fracta vi serius reversus ordinatis iisdem ultro solum ter de die repetitis cessit octava. — Bock

(Rust: Mag. B. 23. S. 538.) e commixtis ad partes aequales Moschi et Castorei tincturis guttas in insultu triginta, postquam autem per $\frac{1}{4}$ horae morbus faciem non mutasset, Moschi gr. 5, et Asae foetidae gr. 15 propinavit cum aliquoto Liquiritiae coctae, quibus intra horae scripula 10 respirium respondit liberius, et omnis ulterior dissipatus fuit paroxysmus. — Wendt (l. c. p. 452.) primo statim morbi tempore praescribit Rp. Asae foet. dr. $\frac{1}{2}$, Moschi genuini gr. 8, Mucil. Mimos. unc. $\frac{1}{2}$, Misce terendo invicem et adde: Aq. flor. Tiliae unc. $2\frac{1}{2}$, Sacch. dr. 2; DS. omni hora pleno cochl. theano. In clysmatibus Asam foet. ordinat sequenti modo: Rp. Asae foet. dr. 1, Mucil. mimos. q. s. ad subig. add. Aq. Chamom. unc. 6. DS. Aqua calida dilutum pro tribus intra diem enematibus. Cum his praeprimis et sequentem formulam aegris in infantiae periodo secunda sitis Auctor felicibus aliquot observationibus innixus recommendat: Rp. Rad. Velerian. minor. dr. 2, infund. s. q. aq. ferv. per $\frac{1}{2}$ hor. Colaturae unc. 4 refrigeratae adde: Moschi genuini gr. 8, Liq. ammon. pyro-oleos. scr. 2, Tincturae Ambrae dr. 2, Syr. flor. Aurant. unc. $\frac{1}{2}$. MDS. Omni $\frac{1}{2}$ hora cochlearibus the. 2. — Prae-

terea Rp. Spir. Angelic. compos. unc. 2. Mixturae oleoso-balsamicae unc. $\frac{1}{2}$, Liq. ammon. caust. Tinct. Opii simpl. $\overline{aa}$ dr. 1. DS. Scrobiculo cordis infricandum. — Secundum Rush: Rp. Spec. aromat. ℔ 1, Herbae, Rutae, Rad. Calami arom. aa ℔ $\frac{1}{2}$ M. f. Spec. div. in dos. aeq. Nr. 6. DS. Mane et vesperi dosim unam ad balneum. — Pro potu infusum tenue flor. Aurantiorum vel herbae Melissae citratae cum Saccharo. etc. — Henke (Kinderkr. 2. Aufl. B. 2. S. 179.) infantibus 2—4 annos natis Moschi gr. 4—6 omni bihorio alternatim cum infuso concentrato Valerianae, additisque Liq. ammon. anis. et extracto Opii aquoso; — praeterea balnea cum herbis aromaticis parata, et enemata cum Asa foet. praescribens, ubi morbus altius necdum adeptus est culmen plures reddidit vivis. — Etiam Richter (l. c. B. 5. S. 56.) Infusum concentratum Valerianae, fortasse cum Spiritu Salis ammoniaci aquoso, vinoso, foeniculato, vel anisato tamquam bonum adiuvans ad Moschum committit. — Stibelio in casu supra memorato Castorei gr. 1, omni $\frac{1}{2}$ hora; id autem serius propter intermittentem morbi naturam cum Chinina optimos praestitit effectus. — G. A. Richter Asam foetidam minori quidem ac Moschus efficacia

praeditam, apte tamen cum illo iam simultaneis iam alternis vicibus, atque si renegaret usum internum, saltem in clysmatibus adplicandam esse proponit. — Kreysig (De Tussi convuls. et Asthmate acuto infantum Millari. Witt. 1798.) Extractum Hyosciami in connubio cum Tinctura Cantharidum fere qua specificum commendat sub formula sequenti: Rp. Extr. Hyosc. gr. 5 — 10, Tinct. Canthar. dr. 1, Oxymel. simpl. Aq. dest. āā unc. 1. — Pulveres Hamiltoni e connubio Opii cum Calomela proponit Dobrowolsky. — Haase secundum suam experientiam laudat vinum emeticum cum opio; — pariter et pulveres Doweri. — A Starkio (Handb. z. Erkennt. u. Heil. inner. Krankh. 2 Thl. S. 287.) praesertim celebratur Tinctura thebaica cum Liquore Cornu Cervi succinato. — Engelhard (l. c.) sub primo statim insultu magnum emplastrum epispasticum, pediluvia acria, cum infuso Seminum Sinapis, regimen calidum, calidiorem ex infuso florum Sambuci et Arnicae medicatam ptisanam ordinat, ab antagonistica tali solummodo potenteque medendi methodo vitae salutem exspectans; interne praeterea Opium, extractum Hyosciami, Asam foetidam, liquorem ammoniae anisatum, aetherem etc. Sequentes

autem cum fructu peculari praescripsit formulas: Rp. Aq. Sambuci unc. 6, Tinct. Opii simpl. gtt. 20, Aetheris sulf. dr. $\frac{1}{2}$, Syr. Papaveris dr. 6. — Rp. Aq. samb. unc. 6, Liq. Ammon. pyro-ol. Liq. Ammon. anis. Aether. sulf. $\overline{aa}$ dr. 1, Extr. Opii aquosi gr. 2. DS. Sicut Mixtura prior in paroxysmis omni hora, in intermissionibus omni bihorio capienda. — Rp. Asae foet. dr. $\frac{1}{2}$, Liq. ammon. succin. vel acet. unc. 2, Aeth. sulf. dr. 1, Tinct. Opii simpl. gr. 20. DS. Sub insultu omni hora sub pausi omni bihorio cochl. coff. in potu supra notato. — Si post feliciter superatam affectionem praecipuam adhuc remaneat vox aliquantum profunda: Camph. Extr. Aconit. $\overline{aa}$ dr. 1, in pill. 60, hinc secundum aetatem 2—3 pillulas bis vel ter de die sumptas valde proficuas invenit. *)

---

*) Ad haec N. N. »Des Moschus erwähnt er gar nicht.« — Quid si recte diagnosis in casibus illis pretiosissimum Moschum et adulteratum qualis forte solum prostitit, habuisset contraindicatum, vel saltem non indicatum strictissime? — »Diesem Verfahren, und noch mehr dem früherhin von Löbenstein-Löbel (Erkennt. u. Heil. d. Bräune d. Millar. Asthma, u. d. Keichh. 1811. S. 123.) der sogar den Phosphorus« — Sogar? — haec vox infantiae respectu plane melius a Phosphoro qui Moscho quadamtenus est affinis, directa fuisset ad Opium; — »in Aether gelöst mit Baldrianöl be-

Verum etiam praeterea, quatenus profundas rerum rationes combinare valet indicatio-

---

nutzte.« — Quid ne fuisset praescribendus in pulvere? — me hercle! additae haecce substantiae forte melius temperare potuerunt Phosphori vim quam oleum pingue in emulsione; — »muss man allerdings mit N. N. den Vorwurf der Rohheit und des Unpassenden machen.« — »Hierauf« (Kant. Tugendlehre. S. 141.) gründet sich eine Pflicht der Achtung für den Menschen, selbst im Logischen Gebrauche seiner Vernunft: Die Fehltritte desselben nicht unter dem Nahmen der Ungereimtheit, des abgeschmackten Urtheils u. dgl. zu rügen, sondern vielmehr vorauszusetzen, dass in demselben doch etwas Wahres seyn müsse, und dieses herauszusuchen; dabei aber zugleich den trüglichen Schein (das Subjective der Bestimmungsgründe des Urtheils, was durch ein Versehen für Obiectiv gehalten wurde) aufzudecken, und so, indem man die Möglichkeit zu irren erklärt, ihm noch die Achtung für seinen Verstand zu erhalten. Denn spricht man seinem Gegner in einem gewissen Urtheile durch jene Ausdrücke allen Verstand ab, wie will man ihn denn darüber verständigen, dass er geirrt habe?« — Und immerhin mag es einzelne geben die man nicht verständigen kann, theils weil sie selbst die Anlagen zu höherem Verstande nicht besitzen, theils weil sie sich auch nicht verständigen lassen wollen, ja wohl sogar unangesprochen oft, treten sie uns eigensinnig, ja wohl sogar beleidigend entgegen, und wenn irgend etwas die menschliche Natur empören kann, so ist es solch ein arger Widerspruch der menschlichen Natur! — Doch wenn man Bücher schreibt ist man gewendet an die Menschheit;

ne clara et experientiae analogia ductus rationalis Medicus in singulo quocunque casu di-

---

ist es dann zuweilen Pflicht den Irrthum mancher ihrer Glieder anzuführen, so muss man es nicht boshaft thun, sondern wenn man gerecht, und nicht gefährdet seyn will, die von der beleidigten Menschheit zurückprallenden Worte auf sich selbst gewälzt zu sehen, gründlich und vollständig nach Bedarf das Gegentheil beweisen. Allerdings ist es im Naturrecht zwar erlaubt, und für die Praxis sogar nothwendig die Angaben solcher Männer über wirklich geleistete Hülfe vernünftig zu prüfen, ausserdem aber ihre Wahrhaftigkeit in öffentlichen Zweifel zu stellen sehr widerrechtlich. — Der Arzt wofern er nur entschieden — also auch mit aller erforderlichen Delicatesse — dem Kinde Hülfe leisten kann, kann wohl zuweilen, und wenn schon viel seltener dergleichen Mittel selbst gebrauchen, es müsste denn die Krankheit kein Widerspruch der Gesundheit, und in den Krankheiten, der von der allgemeinen menschlichen Natur bedingte Gegensatz zu läugnen seyn. — Certe quem Boenneken senior (Trnka. Comment. d. Tetano. Vien. 1777. S. 317.) in puella enormibus Phosphori dosibus qnam praestantissime sanavit spasmus, magnam hoc titulo ad respectum Löbenstein-Löbelii quoque sibi devincit attentionem. — »Nie würde es der Verfasser (N. N.) wagen, Kindern diese heftigen Reizmittel in so grossen Gaben zu geben.« — Dederunt autem contrarii, maiorem melioremque suam rationem videruut prosperrimo successu coronatam! — Cui iam in hac re foret adiudicanda Laurea? — Expertis ne heroibus his vel vero pusillanimibus eorumdem obtrectatoribus? — »Illi vero unam esse omnium homi-

versa diversissimaque in indefinita remediorum serie pro re nata deprehendet. — Semper interim

A. Combinetur aeger *)
B. Cum Medicina
2 A. Simplici
2 B. Combinata
3 A. Pro remediorum Synergia
4 A. Concreta
4 B. Discreta
3 B. Pro remediorum Parallage
4 A. Ad prosequendum Cyclum naturalem
5 A. Universum distinctum
5 B. Morbo proprium
6 A. In Stadiis
6 B. In Periodis
4 B. Ad Cyclum arte faciendum. — Atque „Utinam quemadmodum uni-versi mundi facies in conspectum venit, ita Philosophia tota" — (Medicina tamquam Naturae scientia sensu latissimo sumpta) — „nobis posset oc-

---

num curationem existimant. Ego contra, si cuiusque privatim naturam explorare ad unguem scirem, utique qualem fuisse Aesculapium mente concipio, talem me esse putarem.« (Galenus).

*) Tamquam individuum per naturam suam internam et externam sensu latissimo sumptum.

currere, simillimum mundo spectaculum! Profecto enim omnes Mortales in admirationem sui raperet, relictis his, quae nunc magna magnorum ignorantia credimus." (Seneca. Ep. 89.)

His autem omnibus quamquam adaequatis, male tamen aegro consulet medicus, qui cum in morbum radicitus tollendum progrediatur, analyticam in therapia methodum non obsequendo, graves etiam affectiones symptomaticas, quatenus cum fructu sublevari possunt interea sufficienter non respexerit. His iam nunc symptomatibus therapia naturae morbi principali in quantum fieri potest conveniens subministranda est; quin tamen et aliena, quin imo nonnunquam opposita, quatenus talis nonnisi ad amovenda symptomata periculosa, valde molesta optime sufficit, sit praetereunda. Tunc enim non tantum periculosissima quaevis instantem vitae peremptionem pronunciantia, quacunque optima cita certaque ratione etiamsi principali morbi naturae non respondente, ut lucretur ad eundem oppugnandum tantummodo tempus sufferenda sunt; sed etiam alia, multo maiori vi, quam quae per curam eorumdem alienam morbo accedere videtur, hunc ipsum susten-

tantia et exasperantia suam quoque flagitant oppressionem.

Principale symptoma semper interim est spasmus pulmonalis ipse. Contra hunc in Asthmate thymico (ad quod eradicandum recentissime praeprimis celebratur Jodina.) Hirsch (l. c.) aquam Laurocerasi in parvis sensim adaugendis dosibus, tamquam remedium cordis et pulmonum erethismo optime correspondens, et Moschum tantum ad increscentem spasmorum vehementiam interpolandum commendat; laudatur et Asa foetida et Zincum praeprimis hydrocyanicum. Ad congestionem autem omnem versus cor et pulmones, omnemque in functionibus horum organorum incitationem refrenandam, sicut in morbis cardiacis similibus suadetur ut quam potest compescatur nutritio, inducatur itaque vita quasi minima, talis nempe quae certa respirationis et functionis cardiacae mensura contentatur; in hunc finem et exutoria in pectore etc.

Quomodo spasmo pulmonali in idiopathico Paedopneumotetano morbo succurrendum sit, pro maxima parte iam e praemissis liquet. — Chiarenti (Antologia di Firenze. Sept. 1825. — Froriep's Notiz. B. 17. Nr. 8.

S. 127.) Asthmaticis aërem atmosphaericum purum recentem (qui tamen naturaliter quosdam etiam admittit gradus caloris) inprimis bene conducere vidit. Eo ductus in semet ipso Asthmate detento commune flabellum ore captum ad infarciendos aëre pulmones adhibuit, itaque vehementissimos quamvis insultus asthmaticos brevi tempore devinci posse primo in se, postmodum autem etiam in aegrotis aliis invenit, adeo ut secundum suam experientiam idem Autor flabellum — tamquam remedium quod non tantum insultibus citum imponeret finem, verum etiam quod, ubi profundioribus mutationibus organicis non innititur morbus, hunc radicaliter sufferre valeret — recommendet in adultis. Omnino etiam in prolibus avidissimum aëris puri recentis desiderium, in quantum fieri potest erit adimplendum. — Specialiter pro coërcendo pulmonum spasmo contribuere possunt inhalati pro rationibus morbi diversis e remediis iam supra patentibus extricati vapores. *)

Sed praeter illud symptoma principale saepius occurrunt etiam alia quaedam acces-

*) Bene quidem suadetur in genere ut ad vaporationes has instituendas, omnes machinae proscribantur; prolibus utique forent eo minus applicabiles.

soria. Jam — etiamsi quod Paedopneumotetanus in vegetatione luxuriante revera consistere possit abstrahamus — ubi cum orgasmo conspicuo vasa sanguifera praesertim in facie nimium turgent, protuberant oculi, ubi suffocationi proximus aeger est, et leipothymia, sopor, spasmi universales maximum vitae discrimen profitentur; an hic aptae cautaeque sanguinis depletiones, quibus ab oppressione liberetur encephalon, quibus sufflaminata resuscitetur in oppositione nervosae vita vasorum et vegetativa, quibus spasticas contractiones in organis et pulmonibus ipsis sollicitans passiva redigatur extensio et compressio, quibus eminenter venosus specifica virtute secundum exprimenta Celeberrimi Brodie ad provocandos spasmos instructus imminuatur sanguis, quibus denique in plerisque morbis spasmodicis cum Pneumotetano non raro comite et recentissime in Cholera morbo capta consentit experientia suam adplicationem non invenirent? — Naumann (Handb. d. med. Klinik. B. 1. S. 650.) in serioribus diu perdurantibus morbi paroxysmis, duas aut tres cucurbitas cruentas prolibus saltem adultioribus suadet nuchae imponendas, vel et increscente manifesto suffocationis periculo venam esse per-

tundendam; — Bourgessy (Quelques faits sur l'emploi des ligatures des membres dans la plupart des maladies periodiques. Par. 1827. — Graefe u. Walther: Journ. B. 11. S. 322.) in diversis morbis periodicis nominatim etiam in Asthmate spastico ligaturas extremitatum commendat; Naumann (l. c. p. 641.) in Asthmate seniorum paroxysmum his ligaturis compesci nonnunquam pro momento refert, aegrum tamen valde debilitatum et irritabilem exinde relictum, ex inopinato facile novis eoque vehementioribus insultibus obrui; quodsi vero ligaturae sub valida suscipiantur orthopnoea, Pnigmum exinde provehi potius ad altissimum gradum. — Huc spectant etiam hirudines retro aures ad emissoria Santoriniana adplicatae, et alia fors in epithematum etiam frigidorum discreta synergia humores derivantia praesidia.

Ast praeter mortis apoplecticae aut apopnicticae, exacerbandique saltem morbi promanans e congestionibus ad organa nobilia periculum, alia quaedam urgentia molestaque symptomata morbi placationem interpellantia quoque suam indicant considerationem. Optimis itaque pro diverso casu diversis sedantibus excruciantes dolores, aestus refrige-

rantibus, agrypnia sopientibus, alvus pertinaciter clausa catharticis, flatulentia carminativis dysuria diureticis etc. iam solum externe iam etiam interne adplicitis in quantum id permissum erit abigentur. — Leipothimiae tamen queis solum ab instante morte suffocativa se salvat vita, qua tales iustam semper postulant existimationem.

Tandem ergo quodsi Belliduci medico malignus cesserit hostis, se nondum in eius tamquam semper adhuc versute latentis fidem committere, imo potius quemadmodum is victrice virtute continuo magis superatur, infractum ita pro dignitate sua ad internecionem usque persequi iisdem armis, et salutaria vitae molimina suffulcire consultum esto.

Tum autem etiam quocunque, quod gressu gravi suo miser intulit praedator, damno, velut conceditur pro diversa sua natura diversimode reparato; nunc quatenus nil obstat amplius, saltem morbosam adhuc sensibilitatem et irritabilitatem erethicam, teneramque debilitatam vegetationem refocillandi gratia, simul ut insultuum, qui quo frequentius redeunt, eo facilius habituales evadere solent, inhibeatur recursus; roborantia, praeprimis secundum Millarium (l. c. p. 39.) optime iam

toties quoties comprobata China — quidquid etiam nonnulli vociferentur e contra — amicam suam adaequatam offerunt virtutem.

Itaque porro, quousque iuxta sanctas Naturae leges realiter operanti permissum est Apollineae rationi, sub apto regimine diaeteticо, vel et amoena rusticatione, praecipue per ipsam optimam oeconomam vitam restauratio procedit, — si fas et iura sinant opperienti iam fatum in liminibus Orci mortali, semel iterum per Acheronta tanta reducem devincire Naturae dulcis harmoniam.

Secundum omnia hucusque pertractata iam Prognosis in singulo quocunque casu restringenda foret ad sequentia fere momenta:

A. In genere Paedopneumotetanus morbus gravissimus est.

2A. Non solum tamquam Pneumotetanus, ut qui

3A. Jam ceu simplex Tetanus partialis

3B. Et insuper ex organi adfecti dignitate maiora capere suevit incrementa;

2B. Verum etiam tamquam Paedopneumotetanus. Nam subiecti organica vita

3A. Ob rapidiorem suam evolutionem (quamquam in comparatione cum adultis sit infantilis respiratio minor) tanto

magis indiget principali suo fonte respiratione,

3B. Ob imbecillitatem autem suam eo facilius hosti pro se iam fortissimo persolvit tributum,

4A. Vel Morte quod saepius, (Vertrie — „De Asthmate puerorum. Giessae. 1786." — e pueris centenis Asthmate acuto correptis vix quatuor evasisse refert. — Tanta vero hodie certe non amplius esset observanda mortalitas.)

4B. Vel si vita manserit superstes

5A. Morbis eidem insidiosis.

5B. Pristina Sanitas recuperatur raro.

B. In specie Prognosim definiunt:

2A. Morbus ipse qualis est

3A. In genitricibus suis momentis. Et quidem:

4A. In Subiecto, cuius

5A. Respectu physiologico, magis inimicus est Morbus

6A. Sexui sequiori, infantibus compage teneriore donatis, idcirco et iunioribus, neonatis lethalis;

6B. Deterior quoque recenter ablactatis et tempore dentitionis.

5B. Respectu pathologico morbus deleterius est

6A. Prolibus ex erethismo cuiuscunque rationis infirmis, vel vix ac ne vix quidem alios morbos graves perpessis

6B. Praeprimis vero pectore debili cum vitiis organicis laborantibus.

4B. Secundum caussas occasionales

5A. Morbus e caussis transitoriis enatus melius admittit praesagium

5B. Peius morbus spontalis, et cum continuantibus caussis originariis.

3B. In morbo qualis est semel progenitus, et quidem

4A. In eius periodo

5A. Symptomata morbi vehementiam profitentia:

6A. Magna inquietudo, anxietas, insultus Asthmatis repentinus,

6B. Anhelitus, Orthopnoca, Urina valde pallida, frequentius et portionibus exiguis excreta, plenaria loquendi deglutiendiquc

impotentia, raucedo pertinax, stertor, ora livida, labia palatum et lingua muco viscido tenaci obducta vel arida, ephidroses largae partiales, frigus extremitatum, oculorum languor, singultus, subsultus tendinum, eclyses, intercurrens status soporosus, fortiores musculorum facialium convulsiones, spasmi universales, virium exhaustio, meteorismus, portendunt occasum.

5B. Meliora vaticinant signa criseos et decrementi:

6A. Sternutatio, tussis, ructus, vomitus, cum suppressarum secretionum reviviscentia, sputa facilia copiosa cocta, in naribus quoque larga muci secretio, proruptio sudoris universalis moderati, calidi, vaporosi, flatulentiae imminutio, urina turbida prolixior, sedimentum furfuraceum deponens, facile mittenda, diarrhoea levis,

6B. Tum autem praecipue plus diducta quieta purior pausis.

4B. In morbi decursu mali ominis sunt

5A. Intensio et extensio

5B. Frequentia paroxysmorum increscens.

2B. Plurimum autem ad Prognosim in Paedopneumotetano specialiter definiendam contribuit, quod eidem fertur auxilium. Nam absque

3A. Sat mature instituta et

3B. Naturae conveniente therapia velox teter insistit Thanatos. (Quatenus non exiguus — ut e praemissis exstat — atque sumptuosus requiritur remediorum apparatus; pauperibus maiores has conditiones non adimplere valentibus, secundum Wendt (l. c.) utique Paedopneumotetanus erit etiam magis perniciosus.) — Autem vero dia potestas, quatenus potestas est, ad obsequium et infidam reducit Hygienem.

Absoluta morbi theoria. — Unam solummodo, velut apud Baumgärtnerum reperi memorabilem reddo Biographiam: Autor quidem morbum hunc in unico attamen indubio spe-

ctavit casu, et credit cunctis quibus eundem observandi non fuit occasio, si praeprimis paroxysmos Asthmatis Millari cum inspiratione spastica tussim convulsivam intercedente comparet, illius imaginem procurare quamcunque perfectam. Haec specialis inspiratio post intervalla respirium plane liberum offerentia prodit. Mox antea fit nonnunquam infans inquietus, ast penitus nulla tussis, aut ad summum una vel et altera tussiculatio brevis angori magno, inspiratorium suum Pertussis adinstar, nonnisi quidquam magis asperum sonum proferenti praegreditur. In morbi gravissimis invasionibus sicut in vehementissimis convulsivae tussis insultibus inspiratio revera perficitur nulla, respirioque totaliter suppresso infans in maximo versatur suffocationis periculo; id quod et ex improviso absque praevio clamore contingere posset. Puer erat ter trimestralis, ab infirmiore patre spasticis, e tractatione venenorum metallicorum probabilius contractis affectionibus laborante progenitus, iisdem forte vaporibus ipse quoque saepius expositus, cuius frater etiam, secundum effatum parentum eodem morbo prius correptus sub insultu quarto decessit e vivis. Spasmus praecipue laryngem occupare

videbatur, unde etiamsi morbus magnam revera cum Angina membranacea similitudinem obtinuerit, ab illa tamen inprimis eo discrepavit quod perfectas fecerit intermissiones, et insultus spastica nullatenus ancipiti nota fuerint insigniti. Cum proles valde oboesum obtulerit habitum, Autor initio sanguisugas aliquot pectori imponendas et remedium purgans ordinavit; postmodum Moschum et Opium, et cum eo non obstante paroxysmi magna vehementia reverterentur, emeticum. Ab eodem autem momento fracta fuit invasionum vis; quo facto usque ad plenariam earumdem subductionem iterato propinatus fuit Moschus.

Postquam ergo gregariam scribendi methodum pervertissem adeo, ut hucusque fere nullum apposuerim punctum quod cum illa plene consentiret; quatenus unica saltem adhuc inconvenientia superesse videtur, nequidem unicae huic parcere possum immisericors — e capite formare debeo caudam; — quoniam intime convictus sum, quod rei cuiuscunque Historia tamquam generalis per theoriam et praxim eventuum conspectus, nequidem concipi, et eo minus pro valore suo perpendi, et utilis (vel saltem „interessante“) evadere possit, antequam exactius noscatur

ipsa res. — Omnino manca quae mihi desuper innotuerunt modo profero succincte:

In genere quam subtilis et ardua sit diagnosis infantilium praeprimis in pectore residentium morbòrum („O! quantum difficile est curare morbos pulmonum, O! quanto difficilius eosdem cognoscere et de iis certum dare praesagium.“ Bagliv. Op. Lib. 1. p. 34.), historia Paedopneumotetani non spernendum praebet exemplum. Nam quamquam cum Homio (On the Croup. 1765. p. 7.) ratio vix adsignari possit, cur antiquioribus in praxi non obvenisset is morbus; etiamsi quibusdam obscuris iam scripta veterum non destituantur vestigiis: distinctam tamen et exactam, tametsi hodiedum oppugnatam eius notionem recentioribus solummodo temporibus attingere licuit.

Hippocrates (Galen. Commentar. in Aphorism. Hippocrat. 26. Sect. 3. — et in Lib. de aëre aquis et locis) ubi de morbis infantum agit, Asthmatis speciem e frigore et humiditate exortam commemorat.

Coelius Aurelianus (Chron. Lib. 3. Cap. 1.) morbum hunc exactius sequentibus perstringit verbis: „Gravat autem Asthma atque premit magis mulieribus viros, et iuvenibus se-

nes atque pueros, et durioribus natura corporibus teneriora, hyberno atque nocte magis quam die et aestate; in quibusdam perfectis irruit passionibus, sed magis ex profundo frigore sequitur patientes spirationis difficultas, et frequenter natura celerior magis quam tarda.“ —

Ettmüller in „Dissert. X de valetudinario infantili.“ Lond. 1688. Tom. 2. p. 125, aliqua circa caussas Asthmatis infantum proponit, et contra id praecipue commendat emesim.

Horis in suo „Tractatu de morbis acutis infantum.“ Genev. 1727. p. 10, eundem quoque morbum indigitat.

Super eo praeprimis adhuc adnotari merentur:

Simpson. Diss. med. inaug. de Asthmate infantum spasmodico. Edinb. 1761. — et

Home. Inquiry in to the nature cause and cure of the croup. Edinb. 1765.

Primus attamen John Millar in suo opere classico — „On the Asthma and hooping Cough.“ Lond. 1769. — non solum phaenomena decursum et caussas, sed etiam remedia pluribus confirmata experimentis distincte exposuit. Separat autor morbum in Stadia

duo. Quamdiu nempe manifesta concomitantis febris apparent symptomata, nec non insultus minori duratione et intensitate redeunt, primum morbi stadium adesse dicit. Ubi vero pulsus extra insultum non amplius componitur, ubi tempora intercalaria evanescunt, ubi faciei livor, respirii stertor, ac plura nervosa symptomata emicant, alterum Stadium agnoscit. — Attamen his nec determinatum tempus quo haec duo se exciperent stadia, nec certa phaenomena quibus ab invicem sufficienter distinguerentur adsignat.

Eodem adhuc anno (1769) comparuit Lipsiae: Millar's Bemerk. üb. d. Engbrüstigk. u. d. Hühnerweh. m. einem Anhang über d. stink. Asand. a. d. Engl. v. Krause.

Post Millarium Rush — „Diss. on the spasmodie Asthma of children.“ 1770. 8. Philadelphiae — suas super eo prodidit Observationes. Accumulationem muci in trachea, quam in cadaveribus saepius detegere licet, pro effectu potius quam causa mali declarat, totumque morbum ob periodicas invasiones et insignem remediorum antispasmodicorum efficaciam, spasmodicae magis indolis esse pronunciat; quem tamen omnino cum Angina polyposa confundit.

Chalmers Asthma acutum crebro vidit in Carolina, quin tamen et ille in suo „Account of the weather and diseases of South Carolina.“ 1776. Vol. II. p. 158, diagnosim accuratam anginae membranaceae respectu instituisse videatur.

Quum Rush Asthma Millari et Anginam polyposam in suo opere supra citato manifeste confuderit, serius anno 1789 in „Medical inquiries and Observations“ non solum illud Asthma et Cynanchen trachealem qua morbos toto Caelo diversos separat, sed etiam errorem prius commissum laudabili cum ingenuitate confitetur. Prius iam semel in infantis hoc Asthmate defuncti cadavere nullum quidem mucum in trachea ast in pulmonibus sub inflandi tentamine reperit insolitum impedimentum, unde non tam in vasis sanguiferis quam potius in bronchiorum finibus spasmum haerere conclusit.

In hoc ipso morbo melius adhuc dilucidando, denique

Wichmann. Ideen zur Diagnostik. Hannov. 1794. et — Lentin. Beiträge z. ausüb. Arzneywiss. Lpz. 1797. optime meriti sunt.

Hinc ultro quoque diversimode ad Paedopneumotetani notionem perficiendam con-

tribuerunt permulti, pro parte saltem per integram hanc Dissertationem citati autores.

Hirsch (Ueb. d. Asthma thym. im Jour. d. pract. Heilk. herausg. v. d. königl. Preuss. Staatsr. etc. Dr. G. W. Hufeland u. Prof. Dr. C. Osann. 7. St. Juli 1835 (Des 81 B. 1. St.) 8. Bog. S. 3—43. — u. in Kleinert's Repertorium. 10. Jahrg. 9. Heft. Sept. 1836. Leipz.) cum ab anno 1830, quo Kopp suam super Asthmate thymico *) experientiam promulgavit, confirmatoria undequaque testimonia ad eius designationem ulteriorem confluxerint, horum, valore ceteroquin diversorum copiam citat. Ante plenariam attamen actorum desuper conclusionem multiplicatam adhuc experientiam, et accuratiores anatomico-pathologicas investigationes putat esse necessarias. Interim omnino laude gratiisque dignum resultata factarum hucusque observationum combinandi, propriasque nonnullas subiungendi

*) Praeter signa diagnostica superius iam recensita, secundum J. B. Kyll (Kleinert's Repertorium. 1837. Novemberheft. S. 75.) notari merentur adhuc: peculiaris conformatio pectoris et sonus sub percussione et plessimetro, situs supinus sensum oppressionis et insultus progignens, in intermissionibus lingua quidpiam ex ore porrecta, etc.

laborem suscepit. Ceterum Autor obiectioni: — „quod Asthmatis thymici decursus, sanatio subinde possibilis tum autem utcunque celeriter incedens, et remediorum antispasmodicorum saepius in eodem comprobata virtus huius existentiam abnegent,“ — praeprimis reponit Metamorphosim glandulae thymus regredientem; Obiectionem vero: — „quod Asthma tale etiam absque morboso glandulae huius incremento sit observatum,“ — (praetereundo theoriam Casparii, id a rhachitica ossium cranii exoncosi meatus nervorum coarctante, itaque hos ad spasmos proliciente; aliorumve id ipsum ex irritamento dentitionis deducentium,) eo praesertim profligare studet, quod Asthma periodicum mere dynamicum in infantibus lactentibus ad nullos morbos typicos inclinantibus summe problematicum sit, et Asthma Millari fors potius tamquam diversorum morborum (Anginae, carditidis, asthmatis thymici) farrago existat. — Attamen saltem hoc sensu quo non inclinant infantes in morbos periodicos, communiter neque Paedopneumotetanus periodicus est, — hoc sensu vero quo Paedopneumotetanus periodicus est, infantes etiam lactentes

in plures adhuc morbos periodicos revera inclinant etc.

Inter opera maiora therapeutica Asthmatis Millari respectu praeprimis notari meretur praestans magnum opus Richteri, quod ipsemet possideo, itaque sicut per integram hanc Dissertationem apparet habui tamquam cardinale.

Sed universae quoque scientiae continuus eoque maior progressus, ad altiorem singuli cuiusvis subordinati obiecti quemadmodum ipsius etiam Paedopneumotetani perfectionem procerto semper contribuit quam plurimum.

An meine Autoren!

Ich fasse dankbar Euch Ihr Wahrheits-Sonnen!
Euch deren Lebenslicht mir Leben gab,
Mein Uni — versum ist durch Euch gewonnen. —
Zum klaren Anschau'n leuchtet Ihr herab,
Wohl aber auch hinauf zur höchsten Höhe
Schwingt sich umarmend Euch der kühne Geist
Damit er auch hier alles deutlich sehe
Was — immer — nur — ihm — Seeligkeit — verheisst.

Quod ultimo denique hanc ipsam Dissertationem meam attinet — scripsi coactus — itaque nec mirum est si oleum et operam perdiderim, nec in ingenti modernorum opusculorum inauguralium numero novum. Quid enim aliena sub quocunque nomine venditare iuvat? Systemate fors incondito, combinatione fors perversa, sensibus fors irrationabilibus, ratione fors insensata, iudicio fors praematuro, verbis fors absonis corrupta atque inquinata. Quid conferre pagellas ad portentosum Chaos? quod proh dolor! tantam utique vitae brevis partem fallit et annihilat. — Longe aliter in emolumentum scientiae adlaborare, profecto semper ulterius concipere formas, investigare rationes, cognoscere principia oporteret, e quibus perspectis demum dubia hucdum et indigesta in Systemate suo naturali vero clare contemplaremur, e quibus evictis rursum invitante fructu maiori eo lubentius universa respublica literaria maiorem semper et faciliorem ad subigendum Universum contribueret opem.

Equidem peculiari temeritate proteam adgressus sum Epilepsiam; — in qua semper adhuc lucem desiderant veterani, — in qua puer lucem ardentissime desideravi ipsemet.

— Itaque postquam Epilepsiae solertem aliquamdiu navassem operam, ad morbum illum singularem penitius adhuc perspiciendum, totam iterum iterumque combinando lustravi Pathologiam; et postquam nunc Epilepsiam iterato magis intensis omnibus viribus scrutatus fuissem, ad eandem melius adhuc pertractandam in Methodologiam medicam — tum autem et generaliter in spasmum — motum — efficientias dynamicas — et sic procedendo semper altius in integram animationis naturam — in universam apocalypsim — sub fatali Dissertationis prorogatione ferventibus semper iisdem votis indagavi.

Inter haec ad non spernendam farraginem accumulata, postquam tam vegetationis quam animationis pathologico respectu morbum unum e puerilibus communiter utcunque praetervisum magno in cardine versari detexissem, rerum et temporis extremis angustiis impulsus aliquid serio denique publicis literis exarandum properanter suscipiens ad Paedopneumotetanum, imprimis pro natura spasmorum concipienda momentosum, saltem ut spasmum velut in nuce facilius comprehendenda breviter enucleare possim, toto animo conversus sum; — laborem certe non exilem

adeo, ut multis — nisi quidpiam exactiorem scriptorum desuper instituerint comparationem, et quomodo pro altiori systematico morbi conceptu cum plerisque summisque scientiis in principiis colluctandum fuerit perspexerint — primo fors appareret obtutu.

Quapropter et ipsemet fore ut haec mea Dissertatio magnis adhuc et multis implicetur defectibus credens, de iis mihi eatenus saltem minus esse metuendum censeo, quatenus in oppositione talium tam experientia quam ratione prominentium virorum haurientem ex eorum scriptis me, nonnisi ceu scribendi tentamine primo postremae academicae legi satisfacientem coactum respicere licebit tironem.

Hinc duplicati labores — si forent inanes — in magna quibus sors meliorem praeparavit occasionem, veniam rogante caterva, veniam rogare possem ego quoque — si meorum errorum atque defectuum ignominiosam ignoscentiam et ignorantiam potius quam emolumentum veritatis pro salute hominis desiderarem. — „Nemo errat uni sibi sed dementiam spargit in praxim“ (Seneca) — quapropter et severos quantumvis scientiae propugnatores in me ipsum provocare, interim au-

tem de veritate meorum principiorum quacunque ratione convictus ea saltem propter ea publicare officii duco vanitatem ignorans, quin imo quibusvis vapulare praeferens obiurgationibus et persecutionibus, quam ut si generi humano vel minimae utilitatis, vel tantum idonea ad salutare scrutinium excitandum esse possent, forte perirent mecum — maximum est procul dubio permanens et incomparabile munus quod ipsa iam quieta tenet bona conscientia.

Scripsi Vindobonae die 20. Mai 1838.

Carl Ludw. Alexander
Knoth.

THESES DEFENDENDAE.

I.

Arthritis et complures morbi velut in vegetatione secernente et nutriente se se manifestant tamquam crises, ex animationis alteratione derivandi itaque principaliter sunt naturae nervosae.

II.

Est specifica secundum vegetationem e qua profluit et in quam influit animationis natura.

III.

Per naturam internam principium positivum expandens tamquam compressum, negativum autem contrahens est tamquam extensum; — Et naturae internae opposita est externa; — Mechanismus itaque cum Dynamismo semper et ubique necessario copulatus.

IV.

In abdominis tamquam vegetantis adaequata oppositione pectus tamquam animans est; itaque cum hepate et liene (intermedio vase cibario), pulmones et glandula thymus (intermedio vase sanguifero) in dislocatione se se decussante merito comparari pussunt.

V.

Maxima pars sanguinis per arcus ex arteriis in venas libere transeundo, nihilominus gravem suam metamorphosim induens, extra omnem dubietatis aleam reponit quod materia organica fluida per vasorum progressionem ultimum suum perfectionis gradum adepta, in punctis sui circuitus extremis organismo, non tantum qua velut evolutio indiget quamve tamquam agens pedetentim consummit materiam vivam, verum et organisatae iam materiei vivae quam haec longe maiori quantitate rapidius impendit vim animantem suppeditet.

VI.

Quodsi vero sanguis arteriosus in venosum conversus efficientiam largiatur animantem, quae ipsa tamquam principium vegetationis seu neutralisationis et tamquam in contractionem nitens necessario planetaris atmosphaerica vel acida vel comburens est; prae ceteris in confirmationem patet etiam functio Lienis.

VII.

Qui omnia remedia acria in unum indiscriminatim coacervat, quatenus haec ipsa iam, praesertim autem etiam adnumeratis sensu stricto non acribus, multifariam offerunt in suo Pharmacodynamismo maiorem maximamque diversitatem; eatenus maximae confusionis autor est.

VIII.

Est systema sicut semper et ubique ita quoque iamatologicum quamcumque perfectum.

IX.

Merito salia in pharmacorum proprie sic dictorum systemate primum, ammoniacalia ultimum obtinent locum. Per sales ammoniacos circulo continuo finis iterum attingit initium.

E r r a t a.

Pag.	7.	loco	vagoribus	—	vaporibus.
—	11.	—	substrahunt	—	subtrahunt.
—	41.	—	sientiae	—	scientiae.
—	46.	—	Praedopneumotetani	—	Paedopneumotetani.
—	64.	—	mer a	—	mera.
—	113.	—	impraenatum	—	impraegnatum.
—	124.	—	exprientiam	—	experientiam.
—	128.	—	qraecisus	—	praecisus.
—	—	—	nonnunpuam	—	nonnunquam.
—	—	—	opporienti	—	opperienti.

Der Beschluss dieser Dissertation ist um 40 kr. zu haben in des Verfassers Wohnung am Salzgries Nr. 202, vom Polizeihaus vis à vis, im zweiten Stock rechts. — Die ganze Broschüre mit gedrucktem Umschlag kostet 1 fl. 40 kr., auf Velinpapier 2 fl. 20 kr. C. M.